

12

FORMULA VISITATIONIS  
vbi reformatio opus est, vel per eos ad nos relatio fiat.  
*In discessu quid agendum.*

I ecclesiā aut̄ parochiam inuenient, vbi nec doctrinā s̄ynceritas, nec morum turpitudō domīna iurū publicitus. Inter valedicētū ex suggesto, aut alioqui i conspectu concion. Deo grātas agant, ac exhortentur cōcū, vt de virtute in virtute n̄ procedat. Nam hoc ipsum alacritatem, & calorem ad virtutem adicit hominib⁹ bona voluntatis. Nā, & ethicus poēta dixit. *Vigilus laudata presci.*

Si multa corrēctione digna competerint ad p̄sonentiam omnes cohortentur, & ad fructus p̄sonitiae dignos. Paulus vbique copiosam submissi stratiā materiā neque ic̄cmodū argumentum ex cap̄. ad Ephē. desumti poterit. Etatis aliquando tenebræ, nunc tamen lux in domino, vt filii lucis ambulare. Fructus enim l̄iquet in omni bonitate & iustitia & veritate, probantes quid sit beneplacitū Deo, & nolite cōmunicare operibus infructuose tenebrarum. Et cætera quæ sequuntur.

*De Scholis Typographiis ac Bibliothecis visitandis.*

S cholæ ac Bibliothecæ diligenter visitandæ sunt iuxta Decretorum suū titulū. de scholis Typographiis ac Bibliothecis, tenorem.

Academia nostra Colonien. restorationem ex animo cupimus, sed quoniam res ad multos pertinet, & vi sunt inveteritate multa cap̄. Quidam multi sensus, libente audiēmus ab eis quo pacto ip̄e putent, publicis studiis subueniendum, sc̄iemus nos deinde quod principem decebit.

Ceteræ scholæ tam op̄ud Collegiatas quām parochiales ecclesiæ diligenter expurgandæ sunt, lectiones in bonis literis, i sacris quoque prescribendæ sunt, didascali quod ad eruditioñē & vitam attinet diligenter examinandi, simul & eccl̄um libri inspicendi, qui suscepisti ac notij fuerint, abiciantur.

Vbi de stipendio faris prouiduum non erit, ad modum in Concilio prescripto prouideatur.

Cætera; Visitatores pro ipsorum circumspectione & prudenter à Deo data disponent.

Laus Deo qui opus suum promovat ac prosperet.

FINIS.

14  
15  
16

# DECRETA CONCILII PROVINCIALIS Coloniensis sub Reuerendiss. in Christo Patre & Domino, D. Adolpho, Sanctæ Coloniensis Ecclesiae Archiepiscopo, Sacri Romani Imperij per Italianam Archicancellario, Principe Electore, Vestphaliae & Angariae Duce, Legatoque nato celebrati.

Anno Domini Millesimo Quintagesimo quadragesimo nono.



(2)

# DECRETA CON-

## CILII PROVINCIALIS

Coloniensis sub Reuerendiss. in Christo  
Patre & Domino, D. Adolpho, San-  
cta Colonensis Ecclesiæ Archiepisco-  
po, Sacri Romani Imperij per Italianam  
Archicancellario, Principe Electore,  
Vestphaliae & Angariae Duce, Le-  
gatoque nato celebrati.

Anno Domini Millefimo Quin-  
gentesimo quadragesimo nono.





## Arolus quintus, Di-

uina fauente clementia Romano-  
rum Imperator, semper Augustus,  
ac rex Germaniæ, Hispaniarum,  
vtriusque Siciliæ, Hierusalé, Hun-  
garicæ, Dalmatiæ, Croatiae, &c. Ar-  
chidux Austriae, Dux Burgundie,  
Brabatiae, &c. Comes Habsburgie,  
Flandriæ, Tyrolis, &c. Vniuersis  
& singulis Principibus Ecclesiasticis & secularibus, Archi-  
episcopis, Episcopis, Praelatis, Ducibus, Marchionibus, Co-  
mitibus, Baroniis, Nobilibus, Militibus, Militaribus Prae-  
fectis, Poteſtaribus, Viceſominis, Caſtellaniſ, Magiſtrati-  
bus, Conſulibus, Iudiciis, Officiaſ, Aduocatis, Procu-  
ratoribus, Ciuiis, Communitatiſ, & omnibus aliis no-  
ſtriſ & Imperij Sacri, & Ditionum noſtrarum hæreditaria-  
rum in Provincia Archiepiscopatus Colonensis comprehen-  
ſarum, ſubditis, & in ecclesiasticis rebus eiusdem Provinciae  
Epifcoporū & Praelatorum Iurisdictioni ſubiectis, cuiuscun-  
que præminentia, dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis & con-  
ditionis exiſtant, Gratiam noſtram & omne bonum. Vene-  
rabiles & illuſtres Elec̄tores, Principes, & consanguinei no-  
ſtri chariſimi, Generosi, Nobiles, honorabiles, deuoti & fi-  
deles dilecti. Quum Venerabilis Adolphus Archiepifcopus  
Coloniensis, Sacri Rom. Imperij per Italiam Archicancellarius  
Princeps Elec̄tor, & confanguinei noſtri chariſimus,  
& eius Comprouinciales Epifcopi, in executionem formulae  
Reformationis, in nuperim Comitiis apud ciuitatem no-  
ſtram Imperialem Augustam Vindelicam habitis, eidem Ar-  
chiepifcopo & aliis Epifcopis, & statibus Ecclesiasticis per  
nos proposita, & ab iſis probata, & quantum in eis effet re-  
cepta, vt moniti noſtri ea de cauſa factis parerent & eidem  
Reformationi commoda viae præſternerentur, per quas ad  
meiorem viuendi rationem transitus fieret, in Cœilio pro-  
uinciali apud Coloniam Agrippinam habito, canones, quoſ-  
dam Synodales, tum ad efficacem & indies ſurgētem, ac per-  
mansuram Reformationis executionem, tum ad mores pra-  
uos extirpandos: potiſſimum vñdō maniſtros abuſus in Cle-  
ro & populo coercendos, & ſeductores, qui corrumpēdī ſim-  
plicibus

plicibus hominibus ſtudent, & grege propulsandos ediderint,  
& nobis obtulerint, authoritate noſtra quatenus expedire vi-  
deretur munendos, & in executionem mittendos. Nos verò  
eodem canones primariiſ noſtriſ Confiliariiſ, & aliiſ rerum  
Theologicarum periti, id ſpecialiter per nos deputatiſ,  
propositoſ, & per eos diueter reuifoſ & examinatoſ, eorum  
que relatione nobis facta cum illoſ prædictæ formulae Re-  
formationis cōformes inueniērimuſ. Proinde iſpoſ canoneſ  
Synodaleſ, ratos & gratoſ habenteſ, & quoad opuſ eſt, & per  
nos fieri poeteſt ac debet, approbanteſ, & decreto noſtro cor-  
roboranteſ, Imperiali authoritate noſtra & qua alias fungi-  
muſ, vobis omniibus & singuliſ, ſerio & ſub pena grauiſ in-  
dignationiſ noſtra, & aliiſ penaſ noſtro arbitrio imponen-  
diſ, huius editiſ noſtri vigore præcipimus & mandamus, vt  
ea omnia Provincialiſ huius Conciliij Colonienſi decretuſ,  
in omniuſ ſuis punctiſ, clauſuſ, articuliſ, ſententiſ, & ver-  
borum expreſſioneſ, eo modo, quo illa queclibet veſtrum  
concernuſ, ritu, ſancte, inuiolabilitate, citra vllam fraudem &  
tergiuerationem obſeruetis, impleatiſ, & exequamini. Vñq; ſi  
Principes & Magiſtrati ciuileſ, in refrenandi & coercendiſ  
iuxta eadem decreta rebellibus, peruerſis, & refractariiſ, ſiue  
illi Ecclesiasticuſ, ſiue laici ſint, Eccleſiarum Epifcopis & Prae-  
latiſ, vbi ab illiſ requiſiti fueriſ, omniem legitimuſ fauorem,  
auxiliu, opem præbeat, & per ministruſ & officiaři veſ-  
trouſ atque alioſ, in quoſ vobis imperiuſ competit, præberi  
iubeatiſ & curetiſ. Ac nullus omnino veſtrum, cuiuſcumque  
præminentia, dignitatiſ, gradu, ordinu, & conditioniſ ſit;  
aut quoquenque munere aut iurisdictione fungatur, memoran-  
toſ Epifcopoſ & Praelatoſ in eoruſ munere, iurisdictione,  
officio, ſecunduſ canoneſ & legeſ, ad iſpoſ functioneſ  
pertinentes, quoquen modo impeditat aut turbet, neque id ab  
aliuſ fieri iubeat, nec permittat. Præterea quicquenque veſtrum  
Eccleſiarum, Monasteriorum, & aliorum piorum locoruſ  
Aduocati, Praefecti & Protec̄tores fuerint, ac Praelatoſ, Eccle-  
ſias & loca pia orumq; bona in fidem, tutelam, & protec-  
tionem ſuam, ſiue ex commiſſione diuoruſ Princepu, præde-  
cessoruſ noſtriſ in ſacro Imperio, ſiue noſtra, aut alio  
quoquen iure recepirent, eadem præfectura, tutela, ſeu protec-  
tione neutiquam abutantur, neque iſpoſ Praelatoſ, Eccleſias,  
Monasteria & loca pia, contra formam & naturam protec-  
tio-

nis usurpent, opprimant, grauent. Quin potius illos & illa in suis priuilegiis, iurisdictionibus & rebus conseruent & tueantur. & tam iij, quam vos alij omnes supradicti, contra præmis-  
sa facere seu attentare, neque præsumatis, neque ab aliis fieri  
aut attērari si natis, quouis quæsto colore seu prætextu: qua-  
tenus pœnas supradictas, & alias in formula memoratae Re-  
formationis à nobis propositæ, & secretis provincialis Sy-  
nodi Coloniensis contentas, præter eas quas aliqui canones  
& leges in violatores personarum & rerum ecclesiasticarum  
decernunt, malueritis euitare. Hæc est animi nostri senten-  
tia & serua voluntas. Datum in oppido Bruxellen. Ducatus  
nostræ Brabantia, sub impressione sigilli nostri 4. Nonas Iu-  
lij. Anno à nativitate Domini supra sesquimillesimum qua-  
dragesimo nono, Regnorum nostrorum, Imperij vigesimo  
nono, & aliorum omnium trigesimo quarto,

K A R O L V S.

Ad mandatum Cesareæ & Catholicæ Maiest. pro-  
prium.

Vid. Anton. Peren.

Obernburger fff.

3

ADOLPHVS DEI GRA-  
TIA SANCTAE COLONIENSIS ECCLE-  
SIA Archiepiscopus, Sacri Romani Imperij  
per Italiam Archichancellarius, Princeps  
Elector, Vvestphaliæ & Angariæ Dux, Le-  
gatusq; natus, &c.



NIVERSIS ad quos legatione  
pro domino fungimur, gratia &  
pax à Deo, qui dux est in miser-  
icordia, & prope adest omnibus  
inuocatibus eum in veritate. Qui  
postquam nos, sicut indignos, sun-  
cta Coloniensis Ecclesiae ac pro-  
uincia, procellosa tempestate gra-  
uiter iactare atque afflictæ guber-  
naculis admovit, hic continuo a-  
nimis omnèque studium nostrum sua inspiratione conuer-  
tit, quo dicaceimus illam ab hæresum inundatione, quæ prauo-  
rum hominum studiis iam plus nimio inualuerant, repur-  
gare, scismatag; quibus misere, atque adeò ut in ea iam actum  
de fide Catholica poterat videri, disceperebatur, tollere, &  
oues nobis creditas in vnum ouile Christo colligere, pro vi-  
rili admiteremur. Eaque de causa in primis lupos, pro boni pa-  
storis officio, ab ouili dominico abigere, & omnis mali ori-  
ginem concionatores sectarios, perniciosos illos hominum  
seductores, ditione nostra, protinus, quanquam non sine dif-  
ficultate, eicere fategimus, substitutis catholicis & incorru-  
ptis verbi Dei concionatoribus in eorum locum. Qua ratio-  
ne plurimum quidem profecimus. Etenim progressum huius  
cancri hoc impetu sumus remorati, & catholicis aperuimus  
fenestram rursus respirandi. Non tamen ha scopè purgamen-  
tis istis sufficiebant penitus euerrendis: Iam enim hæreses  
malum altius, quæ est eius natura, fixerat radices, quam vt po-  
tuerit vna falce semel demeti: & herebat in mentibus ac pe-  
netralibus hominum: vnde neque vi extrahi, neque persua-  
sione suffodi, aut sensim ratione tanquam cauterio pungi  
atque curari se pateretur.

aa iiij

Durabant quoque abusus & mores corrupti, quibus Ecclesiastici ordinis pars maxima dedita, infirmis erat offendicula, & ut male de religione laici sentirent, causa: vt verè quadraret in eos quod in euangelio Dominus dicit: Vx vobis legis peritis, qui tulistis clauem scientiæ, & ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibueris.

Plurimum autem nobis erat fiduciæ in Concilio Tridentino quod feliciter inchoatum, ac sessionibus aliquot habitis, celebre iam factum accessu omnium imperij ordinum, qui se reuerenter ei summisserant potentissimum ac saluberrimum fore credebat, cuius progressu sperabamus nancisci opem & vires iustas, quæ erroribus istis & vitiis radicitus extirpandis sufficerent, eiusq; autoritate, quæ apud omnes maxima est, sublatum iri, non in nostra modo dicēsī & prouincia, verum etiam toto orbe Christiano, quicquid vspian irrepsit malorum, & ecclesiam Christi pristinum suum nitorem, concordia atque unitate redintegrata, recuperaturam.

Quæ spes quam inexpectata contentione inter patres de transferenda Concilij sede fuscitata, nobis pendere eriperetur, atque in longum tempus extraheretur, nō sine metu graviorum perturbationum in repub. Christiana: En omnibus nobis, hoc est ecclesiastici ordinis statibus, cōsternatis, atque in metu constitutis, adfuit eius, qui conatus religiosis & piis nunquam deest, Dei à quo est omne bonū, consolatio. Enim uero misericordiarum pater Deus, qui nuper dedit fortissimo, inuictissimo, felicissimōque religionis orthodoxæ propugnatori Karolo Imperatori nostro de cœlo victoriā, vt hostium validissimorum vires & consilia, non tam viribus, quam conciliis melioribus frangeret, & imperio suo non multo fuso sanguine, cogeret parere, cuique, quod miradum magis est, dedit victoria parta modesta ac clementer vti, vt rebelles filios castigasse potius, more boni patris, quam bello petiuisse videatur: eius nunc animam impulit, vt ad catholicæ fidei, paternarūque traditionum restitucionem omnia consilia, omniāq; studia sua conuerteret. Hinc, quod vix quisquam mortalium sperasset futurum, egit cum eis, vt prorestatione, fæderibꝫque & contentionibus positis, duobus rātum articulis ad Concilij definitiōnem reiectis, doctrinam catholicam, traditiones, & cæmonias ecclesiasticas, Concionatorum, bona parte vnde pendere solebant, reclamante, repererint.

repererint. Quos cùm Deo & ecclesiæ, quantum in se erat. Imperator piissimus lucrificisset, atque in plenioris unionis, ac concordiæ spem adduxisset, necesse erat, vt firmioris illius ac solidæ speci offendicula quoque tollerentur.

Quamobrem animum appulit & ad cleri corruptos mores reformandos: quo benefactis suis obmutescere facerent, vt Apostolus Petrus ait, imprudentium hominum ignoratiā, & qui capere clerum tanquam malefactores solebant, conspectis bonis eorum operibus glorificēt Deum in die visitationis. Dej̄tque negocium quibusdam Theologis, piis, eruditis, & Deum timētibus, qui formulam quampiam, ad quam reformatio cleri videretur instituenda, iuxta sacræ scripturæ normam, antiquos patrum canones, & rectæ rationis iudicium, conciperent. Hinc Cæsar acceptam, tradidit vniuersis ecclesiastici ordinis statibus, diligenter expendendam, qui annoarent, dicerentque: quid qua ratione repudiandum sibi putarent, quidque recipiendum. Multis igitur consultationibus, ac deliberationibus, priuatim & communiter habitis, quibusdam in formula expunctis, alii mutatis vel additis, tādem communi consensu cam probarunt: Cæsareaque maiestati vt se reformarent, instanti, polliciti sunt sese ipsos suosque subditos, ad illam velle componere ac reformare, salua Summi pontificis autoritate, quæ eis, vt in articulis quibusdā accederet, necessariū arbitrabantur, id quod in præfatiōe quam Cæsarea M: formulæ huic præfixit, clarus est videre.

Nos itaque considerantes nostri munera etiam alias esse, vt vigilemus super gregem nostrum, vt infirmum consolidemus, ægrotum sanemus, confractum alligemus, abiectum reducamus, & perditas oaes queramus, nisi velimus æternę maledictionis illud v̄, quod apud Ezechiel dominus pastoribus malis & negligentibus comminatur certissimo iudicio incurrire, tam præclararam rerum bene & sancte gerendarum occasionem nequaquam duximus negligandam.

Proinde ad Diocesim & Provinciam nostram reuersti, primo omnium indiximus clero nostro synodus diocesanam, quam & ad eum modum quem reformationis formula præscribit, propitio Deo celebraimus: in qua publicaram, & ab vniuersis imperij statibꝫ ecclesiasticis cōprobata receptāmq; reformationē, clero nostro iniunxitimus feruandā. Transmisimus quoq; eā ad reuerēdos cōprovinciales episcopos nostrōs

suffraganeos & fratres, similiter in corūdiōēcēsib. publican-dam, & clero iniungendam: quod ipsos sedulō curasse, ex ge-stis & statutis synodorum, quas ipsi quoq; celebrarunt, nobis oblati, & legatorum eorum fida relatione cognouimus,

Verum negotium istud maius erat, quam vt patetur se-vnico impulsu moueri, & morbus inuerteratus leui medica-mini non cedit: Vnde hac ratione vix quicquam aliud pro-motum est, quam vt sciret quisque, quod alioqui nemo igno-rabat, quomodo sibi viuendum esset piē ac canonice. Contin-git enim ferē mortalibus, quōd poēta quidam ait: Video me liora, probōque, deteriora sequor. Vnde est illa aposto. Pauli confessio de lege mentis & membrorum. Etenim cum legi Dei condelectemur secundum interiorem hominem, & eam bonam ac sanctam esse confiteamur, est tamen in nobis tor-por quidam membrorum: spiritui ac menti repugnans, vt nō perficiamus qua volumus.

Proinde non erat nobis hic quiescendum, quasi iam satis fecerimus: sed ulterius de modo erat cogitādū, quo ad effi-cacem reformationis executionem possemus pertingere. Siquidem inutilis est quantumvis bona Ecclesiastici ordinis instituta reformatio, quam nemo exequatur: quemadmo-dum & lex bona, contra quam liceat cuilibet impune pecca-re, jacet inutilis. Multi sunt antiquorum patrum canones fa-luberrimi: at que est illorum utilitas, quos pauci norunt, pa-ciores seruant? Quoniambrem vestigis maiorum nostrorum insisteñtes qui in rebus magnis cogere solebant comprouin-cialium Episcoporum conuentus, Reuerendis comprouin-cialibus Episcopis, confratribus nostris, rotique clero nostro indiximus consilium prouinciale, in quo de rebus ad effi-cacem & durabilem reformationis executionem constituendam pertinentibus ac necessariis, communibus consiliis tra-ctaretur, ac statueretur. Qui cum ipsi ad constitutum vnde-cimum Martij diem, Concilij locum, ob aduersam valetudinem adire nō potuerint, milere, summae autoritatis in Cle-ro suo, & præstantis eruditioñis legatos, qui eorum loco & nomine Concilio interessent, & de rebus tractandis nobiscū agerent, tractarent, ac consulserent in commune.

Multis itaque deliberationibus ac consultationibus cum Capitulo nostro & Legatis illis, ac Clero nostro, à iam dicta vndecima Martij die, ad sextam usque Aprilis, quotidie ha-bitis,

bitis, tandem apparuit, propterea quod rigor antiquorum ca-nonum statim revocati in usum absque motu grauiori hac tempestate non possit, ad media quædam, sacris tamen cano-nibus consentanea, quibus clerus & populus ad pleniorem re-formationem sensim perduceretur, esse configiendum: vi-saque nobis sunt plurimum momenti ad durabilem & effica-cem reformationis executionem comparandā allatura me-dia sex, nempe.

- 1 *Instauracionem studiorum, potissimum sacrorum.*
- 2 *Examen ordinandorum, & ad ministeria vel prelaturas insi-tuendorum.*
- 3 *Officio: um seu munera susceptorum sedulam perfunctio-nem.*
- 4 *Visitationem Archiepiscopalem, Episcopalem, Archidiaco-nalem & eorum quibus hoc incumbit.*
- 5 *Synodorum frequentem celebrationem.*
- 6 *Iurisdictionis ecclesiastica tam propemodum collapse, & abusu ácrauatae, refestationem.*

Rimus quidem instauracionem studiorum, quod ea-qua Reformatio & Ecclesia necessitas exigit, nemo præstiterit melius, quam scripturarum sacrarum, ca-nonum & munera Ecclesiasticorum peritus. Siue enim rege-re Ecclesias, & docere populum, siue hereticos conuincere, & scripturarum aperire mysteria, siue sacramenta confi-cere, cäque administrare, siue examinare ex ordine Ecclesie ministris, siue visitare Diœceses, aut Synodos celebrare, vel iudicia Ecclesiastica exercere oporteat, sciëtia opus est: alio-qui, vt inquit in Euangelio Christus, si cœcus cœco ducatum, præstet, ambo in foueam cadet. Quo etiam modo Esaias, in-doctos Ecclesie prælatos, cœcos & mutos appellat: Specula-tores eius, inquit, cœci, nescierunt vniuersi, canes muti non valentes latrare. Non valentes, inquit, etiam si cupiant, latrare, hoc est officiis sua exequi: & subdit: videntes vana dor-mientes & amantes somnia sua. Canes impudentissimi ne-scierunt saturitatatem, ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam, propterea omnes in viam suam declinauerunt, vno-quisque ad avaritiam suam, à summo usque ad nouissimum, dicentes: Venite, sumamus vinum & impleamur ebrietate, & erit sicut hodie, sic cras, & multo amplius, quibus verbis propheta significat non postremam vitiorum in populo Dei

causam esse ignorantiam pastorum.

Et iam magna religionis orthodoxæ iactura, Christianæq; Reipub. irrecuperabili fraude, experti per hanc tot hæresum & seditionum tempestatem fumus, quantam Ecclesiæ Christi perniciem adferat prælatorum & cleri ignoratiæ, quibus scripturas diuinæ negligenter, furores, textores, calcearij, & id genus opifices, nemine prohibente quidlibet impune pro Euangeliō docentes, irrepsere, & mira audacia, etiam munera ecclesiastica invasere: vnde teterima hæresum monstra suppulicularunt, & sacras profanis, superis in fera, miscuerunt & confuderunt.

Nec hoc modò, quinetiam studiorum sacrorum neglectus in causa est, cur tam innumeræ exdemque locupletes Ecclesiæ, per Germaniam ministris idoneis, ac professoribus careant, etiam nunc cum restituuntur: neque enim desunt bene meriti de Ecclesiæ cupientes, sed potentes desunt & idonei, nempe literarū periti, qui ecclesiasticis muneribus perfungi queat, earumq; hoc nomine possidere bona. Neq; enim ad Ecclesiistarum munera & bona profiliunt Catholici, sicut heretici, aut bonorum ecclesiasticorum occupatores sacrilegi.

Percipitur autem scientia ad Ecclesiæ ædificationem necessaria in scholis potissimum Theologorum, quas constat esse propria quædam seminaria ministrorum & prælatorum Ecclesiæ. Quibus florentibus, floret Ecclesia doctoribus & ministris: Neglectis & contemptis, Ecclesia quoque ministris idoneis destituitur. Neque enim vt olim in die Pentecostes repentina Spiritus sancti afflata, aut velut fungi calore solis exciti prodeunt nobis passim theologi subito, sed ex ercitiosis longis, eiusdem tamen spiritus vocatione, formantur in scholis.

Quibus rationibus (cum stabilē reformationis executio- nem meditaremur) permoti, nostrarum esse partium putauimus, vt scholas theologicas apud Vniuersitates, Collegia, & Monasteria magna cura, cum primis Concilij huius authoritate instauraremus: nec has modo, verumetiam ludos triuiales & pædagogia, vnde non parum malorum per hanc tempore statem in ecclesiam deflxit, repurgaremus. Quapropter habita cum Capitulo nostro, & Reuerendorum Comprouincialium Episcoporum Legatis, ac synodalibus huius Concilij partibus, matura deliberatione, consentientibus & astipulanti-

bus eis

bus eis omnibus, de studiorum instauratione statuimus & ordinavimus in modum sequentem.

**¶ Quod ad instituendam iuuentutem non sint admittendi, nisi de fide, moribus, & institutione sua prius examinati.**

Percepimus sectarios quosdam concionatores, à nupermissis Comitiis, cathedris, quas inuaserant, deturbatos, incertisque sedibus vagantes, nunc magisteriis inhiare scholaram, & operam suam instituendæ iuuentuti passim venditare, vt quibus non datur amplius grassari publice, venena sua è cathedra spargeat, tenerè ea iuuentuti instillent, quo cuniculis talibus Ecclesiam Christi suffodiant. Quippe quod iuuentute qui olim regant ecclesiæ, & gubernationi admoueantur rerum publicarum, videntur fore potissimum, ij qui nunc daot operam literis, Quibus corruptis durabit hoc malum, multo tempore, atque in multis transfundetur, vt verendum sit, ne si admittantur, qualescumque i ludis literariis præceptores, grauem inde atque indelebilem accipiatur Respub. Christiana corruptionem. Idcirco nos, quibus non minor adhibenda est cura, ne iuuentuant illi male iuuentutem in triuis, quam ne populum è suggestis corruptant, communi omnium consenuit statuimus & ordinavimus: Neminem præceptioni triuialium studiorum admittendū esse, nisi qui sit de fide & religione sua, de vita item & moribus, probe examinatus, & constituterit vbinam gentium & apud quos sit ipse institutus. Neque enim parui retulerit, à catholicis an schismatico sit institutus, qui iuuentutem docturus est. Pertinebit autem examen præcipue ad ordinarium, qui ordines per diœcesim viros idoneos, quibus hoc negotij committat. Nec abs re fuerit, si examinentur quoque in ciuitatibus à Prælatis & Reboribus Ecclesiistarum, qui scholæ præsunt: ruri autem à pastoribus & decanis ruralibus idoneis & eruditis. Visitatores vero de facto examine inquirant: & si contra hanc formam sint aliqui admisi, reiciantur. Præcipimusque & mandamus Magistratibus, ædilibus & prouisoribus, qui scholas suis impensis exercerunt, ne propterea examen huiusmodi quovis modo impediant: alioqui censura ecclesiastica, & alii remedii opportunis coercendis.

**¶ Que artes in triuiss, & quid in gymnasii studiorum seu Vniuersitatibus doceri debeat.**

**P**Af sim Ludi magistri ingenia iuuentutis, quæ primis literarum rudimentis ac artibus minoribus expolienda suscep perant, depravauit, præpostera docendi ratione, quidlibet ad eruditio nis suæ ostentationem, quibuscum promittentes, & cum Encyclopediam quandam omnium disciplinarum velut in summa compræhensam iuuenibus polliceantur, non absque aliorum professorum elevatione, nihil tradunt absolutem atque perfectum. Quare ingenii eorum imponunt, qui tali accepto pre gustu, continuo se abunde omnia tenere confidunt, studiisque grauiora fastidiunt, & nunquam perueniunt ad frugem maturam: ex quibus officinis prodeunt nobis imperiti medici, hominum temerarij interemptores, & iuriisperiti, omnia perturbantes, nouaruntque religionum authores glorio si theologasti, qui magna stoliditate non reverentur velut è tripode Apollinis de dogmatibus ecclesiasticis, & religionis veritate pronuntiare, atque statuere, cum solidi nihil ferè de eis sint assediti. Interest autem ecclesiæ quomodo sacerdos, quem populus velut ducem sequitur, & à cuius ore (vt in Malachia dicitur) legem Dei requirit, sit institutus. Siquidem quantum ex ecclesiistarum rectoribus, bene ac gradatim diuinis literis imbutis, boni, tantum à non religiè institutis, mali, solet ecclesiæ plerique euenire. Quemadmodum & in Repub. de medicis & iuris peritis res habet. Ea de causa triuialis modum esse dandum censuimus intra quæ se contineant: statuimus nullum authorem in triuialibus ludis prælegendum, qui non sit à decano artium vicinæ, & Catholicæ Vniuersitatis examinatus, & ad prælegendum iuuentuti admissus. Aut si procul distent ludi ab Vniuersitatibus catholicis examen & admissione pertinet ad vicinæ ciuitatis præstantis eruditio nis Prælatum, aut alium aliquem doctum virum, cui Episcopus illius Dicces. hoc muneres delegauerit. Quod vere bonis & receptis authoribus repudiatis, quidam gloriæ aucupandæ studio noua quotidie Grammatica comminiscuntur, & adolescentium ingenia suis fragmentis confundunt, omnino prohibendum & vetandum censemus. Maximè verò omnium sub anathemate interdicimus & prohibemus lectio nem eorum librorum in triuialiis, qui ad seduccandam in prauas opiniones iuuentutem aliud agentem & querentem, scripti videntur. Quales sunt quorundam Grammaticæ, Dialecticæ, & Rhetoricæ institutiones, in quibus exempla ferè è prauis aduersariorum dogmatis petuntur, quo iuuentus inculta, hæresum & sectarum dogmata simul cum artibus imbibaret. Quales item quædam familiarium colloquiorum formulæ, in odium monastici instituti, & cæremoniârum ecclesiasticarum contemptum, compositæ atque effictæ, quarum præcipua vis est, animos iuuenum corrumperè, & iam à teneris eos ab huiusmodi pietatis exercitiis, ac vita monastica institutis alienare. Dabimus idcirco viros aliquot pios & doctos, qui ferant iudicium suum de authoribus, quos iuuentuti potissimum prælegere conueniat, eosque Comprouincialibus episcopis significabimus, quo in instituenda rectè iuuentute, eadem forma per Vniuersam prouinciam seruetur.

Iam, debeat doceri.

**¶ Quos authores iuuentuti prælegere et quos vñare oportent.**

Interest quoque Reipub. Christianæ, quales authores iuuentuti, impietatis iuxta ac pietatis capaci, prælegantur, vt regalis reformationis formula monuerit, ne libri obsecrati, suspecti, aut contagiosi eorum qui perfidiè suę virus, religiosique & pietatis odium tenera iuuentuti suis scriptis instillant: sed tantum casti, pijs, & religioni orthodoxæ consente ntes authores, prælegantur: quod iudicium, cum non sit penes omnes, statuimus nullum authorem in triuialibus ludis prælegendum, qui non sit à decano artium vicinæ, & Catholicæ Vniuersitatis examinatus, & ad prælegendum iuuentuti admissus. Aut si procul distent ludi ab Vniuersitatibus catholicis examen & admissione pertinet ad vicinæ ciuitatis præstantis eruditio nis Prælatum, aut alium aliquem doctum virum, cui Episcopus illius Dicces. hoc muneres delegauerit. Quod vere bonis & receptis authoribus repudiatis, quidam gloriæ aucupandæ studio noua quotidie Grammatica comminiscuntur, & adolescentium ingenia suis fragmentis confundunt, omnino prohibendum & vetandum censemus. Maximè verò omnium sub anathemate interdicimus & prohibemus lectio nem eorum librorum in triuialiis, qui ad seduccandam in prauas opiniones iuuentutem aliud agentem & querentem, scripti videntur. Quales sunt quorundam Grammaticæ, Dialecticæ, & Rhetoricæ institutiones, in quibus exempla ferè è prauis aduersariorum dogmatis petuntur, quo iuuentus inculta, hæresum & sectarum dogmata simul cum artibus imbibaret. Quales item quædam familiarium colloquiorum formulæ, in odium monastici instituti, & cæremoniârum ecclesiasticarum contemptum, compositæ atque effictæ, quarum præcipua vis est, animos iuuenum corrumperè, & iam à teneris eos ab huiusmodi pietatis exercitiis, ac vita monastica institutis alienare. Dabimus idcirco viros aliquot pios & doctos, qui ferant iudicium suum de authoribus, quos iuuentuti potissimum prælegere conueniat, eosque Comprouincialibus episcopis significabimus, quo in instituenda rectè iuuentute, eadem forma per Vniuersam prouinciam seruetur.

**Qui libri**

**¶** Qui libri parochis & concionatoribus sint  
vitandi & fugiendi.

**C**ompertum nobis est, simplices & indoctos Parochos, quibus non est datum pura ab impuris discernere, obuios quoque de negotiis religionis tractates libros emere, & potissimum, qui speciosis titulis venditantur, quales sunt cōciones aduersariorum, & cōmētarij eorum i sacras scripturas. Quanuis autē quidē eorū speciē pietatis alicubi prae se ferte videantur, habēti tamē quotquot sunt, latens sub melle vene-num, vnde īcauti & se cōtaminat ipsos; & auditores quoque, idcirco paterna sollicitudine pro grege nostro solliciti, ne pa- bulum mortis pro vitā pabulo ei porrigitur: Præcipim⁹ om- nibus fidelibus, quorum animæ curæ nostræ à Deo cōmissæ sunt, potissimum verbi Dei tractatoribus, sub anathemate, quod alias īcurrant, vt sibi caueant, non modo ab his, quæ ex officina venerunt Lutheri, Euceri, Caluini, Oecolampadij, Bullingeri, Francisci lamperti, & Philippi Melanthonis, quos constat omnia sua scripta ad decipiendum & seducendū homines à vera fide, edidisse: fugient etiam Coruīnū, Capitonem, Brencium, Pomeranum, Pelicanum, Musculū, Sacerium, & Chistophorum Hegedorphinum, Osiandrum, Spangenbergium, Oldendorpium, Hermannum, Bonnum, Hedionem, & eius in ecclesiasticam historiam pestilentissi- ma supplementa, Chronicom Sebastiani Franck, & quicquid eius est farinæ, donec pleniori catalogo libros contagiosos per hanc tempestarem editos, eis indicauerimus.

**¶ De studiosis canoniciis mittendis ad studia Vniuersitatum, sumptibus Collegiorum.**

**N**E quod in formula Reformationis iuxta sanctorum pā- trum decreta salubriter institutum est, vitio vel Colle- giorum, vel adolescentium canoniconum evanescat, decernimus & statuimus vt dent collegia, vni, duobus vel tribus, vt multis vel exiguis fuerit personarum numerus, in Colle- gio, bona spei, ac studiosis adolescentibus, non minus, quam triennij tempus, quo possint in studio, potissimum theolo- gico, versari: in quo si laudis aliquid obtineant, tempus eis prorogetur, atque interim percipiāt integros præbendis sua fructus, quotidianis distributionibus exceptis, aut saltē, quantum ad viēlū & libros necessarios sufficiat: nisi de co- petenti subsilio sit olim per capitula studiosis prouisum: dū tamen

tamen certis testimoniis singulis annis, ad collegia mittendis constet, nec peruersi moribus eos deditos, nec studia vana, quæ ad ecclesiæ ædificationem non conferant, sectari: com- mittendum enim non est, vt cultui diuino dedicata stipen- dia in huiuscmodi canonicos dyscolos erogentur. Debent tamen curare, vt ip̄s absentibus alij eorum in diuinis sup- pleant vices.

**¶ De cautione quam dñe debeant mittendi ad Vniuersitatem.**

Vnde formula Reformationis exigat, vt iuniores i gym- nasiis alantur impensis collegiorum, ad hoc quo collegi clavis & doctis viris orinentur, vt huic mentisatis fiat, & collegia non fraudentur expectatione sua, Statuimus, & constitut̄ e consensu decernimus, vt canonici, nondum in maioriis ordinibus constituti, poscentes hoc romine aut fructu integrō, aut de fructibus participant, etiam i minoribus cō- stitutis ordinibus, prius dent cautionem sufficientem, se non velle ordinem & institutum ecclesiasticum deserere, aut si mutato proposito forsitan resiliant, tum si velle & debere fru- ctus percepta quæ subsidia, collegio illi integraliter soluere ac restituere.

**¶ Collegia in Vniuersitate aliqua sita, quos suos studiosos mitte & debeant.**

**C**aeterum i locis vbi Vniuersitas catholica est, iuxta pri- mariam institutionem reformata & probata, non vide- tur causæ digna esse collegia magnis sumptibus grauandi, & mittendi studiosos foras, ad Vniuersitatem exteram. Proinde statuimus, vt tales dent operam literis bonis in ipsa vniuersi- tate, vbi ad mores & studia ipsorum potest haberis respectus nisi decanus & collegium causam habent, cur censemant eos ad exteras Vniuersitates mittendos. Quod si qui fugientes disciplinam, velint omnino non ad eam, quæ eis à suo decano & capitulo designatur, sed ad aliam, quæ ipsi simet videbitur Vniuersitatem proficiisci, non tenebitur collegium illis dare subsidium decretum. Ne verò canonici, vicarij, & chorisocij cleri nostri Colonien. vigiliis defunctorum, quas mane hora septima persoluerē consueuerunt, à frequentatione lectionū præcipuarum i pedianiantur, volumus vt post hac vigilæ tem- pore pomeridiano ad horam circiter secundam incipientur, vt ante preces vespertinas compleantur.

**¶ Qui gaudere possint Vniuersitatibus Privelegiū.**

**A**D prohibendum grauem abusum, quo se quidam ad Vniuersitates, non studij, sed privilegiorum gratia, conferur, Statutus & mandamus, sicut ante nos in synodo Leodien. statutum est, ut nulli nisi ad studia literarum idonei, & illarum præcipue gratia, se ad Vniuersitatem conferentes, in membra seu supposita atque ad vsum priuilegioru huiusmodi Vniuersitatis recipiantur, aut suorum beneficiorum fructibus eo prætextu gaudeant, nec recepti, ipsis priuilegiis & beneficiorum fructibus vti sianunt, nisi quandiu causa studij permanerint & spes sit, quod ex studio suo fructum vberiorem in ecclesia Dei sint parituri. Quiverò desides & otiosi comperti fuerint, ab eorundem priuilegiorum vnu, & fructu perceptione repellantur.

**¶ De Theologo qui doceat, in Collegio alendo.**

**Q**uo vero & reliqui siue canonici siue vicarij, capellini siue chorisocij, cantores quoque, seu chorales collegiorum, quæ extra Vniuersitates, aut in Vniuersitatibus, procul à scholis sita sunt, habeant etiam occasionem in sacrifici & proficiendi, Decernimus & statuimus, ut eiusdem collegia singula, aut si vicina sint inuicem duo aut plura, simul alant theologum aliquem docentem vel binos, qui hac operam inter se partiantur, cōcessione fructuum vnius præbendæ, autoritate apostolica, in hunc vsum suppressimendæ: aut si illa non sufficiat, vnone beneficiorum vel vicariarum, quæ nullam, vel non adeo necessarium functionē requirunt, iudicio visitatorum Episcopaliū decernenda & conficienda: sic tamen, ut fructus præbendæ vel stipendij diuidantur, secundum numerum lectionum: ut quando non legit, detrahatur illi etiam de fructibus portio destinata. Quod si inter ipsosmet fratres inueniatur, qui hoc docendi munus velit & possit obire, huic par est, ut distributiones quotidiane, præter iustum stipendium, à choro ableati pridie quam legat, & eo die quo legit concedantur.

**¶ De instruādis libotionibus theologicis in Vniuersitate Coloniensi.**

**V**T Cesarea maiestatis voluntati sanctissimæ de Reformationis Vniuersitatibus iuxta modum in formula præscriptum sat isiat, & ratio sit, quare Collegia in Colonia non teneant suos canonicos mittere ad exterias Vniuersitates, & eis absentibus, aut integras præbendæ suę fructus, aut quantu-

tum in vicuum & libros sufficiat, suppeditare, danda est collegiis illis opera, ut lectiones potissimum sacræ Theologiæ, in ipsa Vniuersitate vigeant, & canonici illi, qui habent præbendas sibi ex indulto apostolico, cum onere legendi collatas, suo muneri iuxta tenorem bullæ summi Pontificis, unde præbendas illas conferendi authoritas manauit, satis faciant. Quamobrem monemus & hortamur eos, qui de præbendas gratia primæ gaudent, ut aut legant ipsis in sua facultate, aut si legitimo impedimento teneantur, conducant alios idoneos Magistros, qui vices eorum in docendo suppleant, Qui si monitionibus nostris paternis auscultare noluerint, cum nostra (ad quod pertinet bonum publicum promouere) interfit, lectiones Apostolicæ sedis beneficio Vniuersitati debitas perfolui, Censuimus totius Concilij nomine requirendos esse Vniuersitatis Rectorem & Prouifores, ut munere suo perfungantur, & eos quibus de Præbendis seu Beneficiis prouiderūt, requirant ad legendum & satis faciendum oneri Præbendæ annexo, & iuxta Apostolici priuilegij tenorem, contra non parentes procedant: alioqui negligentiam eorum deferendam ad Summum Pontificem, & petendam prouisionem qua huic casui prouideatur.

## DE ALTERO MEDIO, AD consequendam Reformationis executiōnem necessario, quod est Examen Ordinandorum.



Einde visum nobis fuit ad stabilem & durataram Ecclesiastici ordinis Reformationem comparādam, necessarium esse, ut initiandi sacris ordinibus ritè examinetur. Hi verò, qui ad Prælaturas & regimen animarum assumuntur, nouo eidēmque rigidiori examini submittantur, propterea quod mortales omnes, sequi suum Genium quotidie experiamur, & a finum manere a finum, etiam si exuuis leonis induatur: atq; ita eueniare, ut cum vitiis dediti homines assumuntur ad dignitates & Prælaturas, vertat dignitates & curas nō quo operetur, sed vel ad auaritiam implendam, vel in ventrem saginatum b b

dum, aut ad fastum & pompam, quidam etiam , vt in luxu & deliciis viuant. Quibus profecto rebus sit, vt planè in diuersum abeant officia & munera diuinæ missionis, nec fere villa sit animarum & rerum ecclesiasticarum cura vera, sed imagines tantum & apparatus , nec seria bene instituta Reformationis executio, sed maior indies morum & doctrinæ corrupcta. Quamobrem in primis statuimus & ordinamus, ne quis ad sacroru[m] Ordinum perceptionem admittatur, nisi diligenter examinatus de fide quam teneat, de affectu quo ducatur ad petendos Ordines, de scientia quæ sufficiat ad Ordinis quem petit ministeria explenda, de moribus Ordinem decentibus, & ætate legitima.

*¶ Ad quos pertineat Examen.*

**Q**uoniam verò difficile erat, vbi sunt magnæ Ecclesiæ & multi ordinâdi, Episcopos ad quos examinatio proprie pertinet, hoc negotijs per se obire: olim ea cura in quibusdam Diœcessibus in Scholasticos Cathedralium Ecclesiastum , in aliis verò in prælatos alios relegata est , quibus iam examinandi ius est quæsumum , & maiora quam ceteris Canonicis stipendia ab Ecclesia decreta: verum quales nunc sunt plerique Scholastici, & illi penes quod est examinandi potestas, iura quidem sua tuerant, nec tamen docent inuentum, nec examinant, officiūmque & curas illas alii, non multo melioribus examinatoribus interdum delegantur: quo fit, vt alio in alium hanc curam transferente, aut nullæ, aut perfuctoriar, & admodum frigidæ fiant ordinâdorum examinationes. Quem defectum supplere cupientes, & examen ad sua principia, hoc est ad Episcopos reuocare, quibus ex lege diuina incumbit , nemini citò manus imponere , matura deliberatione præhabita, declaramus , Episcopos non debere huiuscmodi examinationibus (quando non ignorant eas perfuctoriar, factas) statim acquiescere, & inquisitionis specie, quam ex reliquis antiqui moris retinent in altari, cum rogam vtrum sint digni, iusti, & sancti, putare se satisfecisse, atque ita inutiles & indignos homines, nonnunquam etiam sceleratos, ab aliis forte (quos ea cura non admodum tangit) dignos indicatos, sacris illis ordinibus contra conscientiam propriam insignire . Eaque de causa requirimus Provinciæ nostræ Episcopos in domino, vt vel ipsimet huic suo muneri satisfaciant, vel curam illam imponant viris piis, doctis, & de Ecclesiæ

Ecclesiæ profectu sollicitis, quorum diligentia sit eis explorata, nisi certissimo experimento cognoverint Scolasticum, vel eum ad quem hoc pertinet, diligentiam talem, cui merito fidant adhibuisse.

*¶ De licentia Toris ad suscipiandos Ordines extra Diœcesim.*

**S**Tatuimus vt nemini post hac (vbi digna & iusta causa non est) dentur licentia, ordines extra suam diœcesim recipiendi: nisi prius sit, iuxta modum præscriptum in sua Diœcesi examinatus. Ad hoc enim comperimus quosdam licentia, petere, vt examen subterfugiant.

*¶ De proclamatione ante maiores ordines facienda.*

**Q**uoniam non oportet sacros Ordines quasi furtum surripere, statuimus & ordinamus, vt quemadmodum iungendi Matrimonio tria proclamatione populo denunciantur: ita majoribus Ordinibus initiandi, tria proclamatione denuncientur in Ecclesia Parochiæ, quam in habitant, ad percipienda impedimenta, si quæ sunt quæ debeat Parochus Episcopo aut officialibus eius significare: vbi tamen proclamatio talis commodi fieri potest, nec verisimilis sit metus ne malevoli homines Clericos innoxios à maiorum Ordinum susceptione deterrent.

*¶ De tempore quando debeant ordinandi dare nomina sua, & examinari.*

**M**andamus, vt volentes ad Subdiaconatus vel Diaconatus Ordinem promoueri, præsententur, & dent Intitulatibus nomina sua feria quarta diem ordinationis præcedere, ac eodem & sequenti die examinentur, hora quam eis consti tuent examinatores. Promouendi verò ad Sacerdotij gradum dent nomina sua feria quinta, ante diem ordinationis, quibus similiter statuetur: cum simul ob multitudinem examinari non possint: Adferant verò promouendi omnes secum testimonia, non modo suorum Parochorum, verum etiā præceptorum aut proborum virorum, apud quos maiorem vitæ partem transegerūt, per examinatores discutienda, vnde pos sit Episcopo, vtrum irreprehensibiles sint, constare.

*¶ De examine insituendorum ad dignitates, curas animarum aut alia officia.*

**P**orrò quo plus negotiorum incumbit eis qui ad Prælaturas, dignitates & curas & animarum vocantur, hoc magis interest Ecclesiæ & Christi fidelium , vt tales singulari

examine, maioriq[ue] diligentia, quam reliqui explorentur, utrum sufficiant ad praestanda munera illa ad quæ vocantur. Præcipue verò Episcoporum interest, quales habeant in excolendo agro dominico cooperarios. Hinc statuimus & ordinamus, ut nemo electus confirmetur, nemóque præsentatus ad dignitatem vel animarum curam instituatur, priusquam sit à suo Episcopo, aut Archidiacono Episcopi, aut hac in parte Vicario, aliiſve sacrarum literarum, canonum, & traditionum Ecclesiasticarum peritis viris, quos Episcopus aut Archidiaconus ad hoc designabit, examinatis & comprobatis idoneus, posſitque & velit muneri ad quod vocatus est, pro virili satisfacere, & formulam Reformationis qua parte eum concernit, exequi. Quod si quis Archidiaconorum, vel ius instituendi habentium, contra hanc constitutionem præsumperit aliquem non ita examinatum inuestire, ipse quidem pro iudicio Episcopi, per certum tempus ab officij sui executione, & fructuum perceptione, suspendetur: Institutus verò eo usque donec Episcopo conprobabitur qualificatus & idoneus. Neque tamen per examen episcopale derogatum volumus iuri examinandi si quod alij prælati habent.

*¶ De examine eorum qui per resignationes aut permutationes ad beneficia contendunt.*

**A**D hæc statuimus & ordinamus, ut in permutationibus & resignationibus beneficiorum, eadem cura adhibeatur examinandi eum, in cuius fauorem permutatio vel resignatione concepta est. Et præsertim diligens fiat inquisitio, etiam per diserta iuramenta, num permutatio sit ad cœpendum symoniæ vitium fraudulenter excogitata ac simulata: quod si vel examinis tempore, vel in posterum compertum fiat pactionem illicitam & iure non probatam intercessisse, uterque permutantium pro symoniaca fraude puniatur.

*¶ De formulis ad examinationem aptis.*

**Q**uoniam diuersi ordines, officiorūque & dignitatibus conditiones: & ratio præterea habenda est eorum religiosorum, qui perpetuo delitescere querunt in suis Monasteriis, & ad nullas animarum curas euocari, sed tantum cuncti Chori officiis in suis monasteriis adhiberi sacrificiūmque

que pro Ecclesia in missis offerte, & monastice indulgere: viſum fuit præſenti Concilio expedire, vt extaret formulæ, ad quas examinarentur ordinandi, secundum diuersos ſuscipiendoꝝ. Ordinum gradus, & instituendi & confirmandi secundum conditiones munerum & officiorum quibus adſciscuntur. Perentibus Suffraganeorum nostrorum comprovincialium Episcoporū legatis negocium tales formulas congerendi dabimus eruditis aliquot viris, qui non modo in literis ſint exercitati, verum etiam cognitionem Ecclesiasticorum officiorum teneant, & conſcribant in genere, quod communicetur eis omnibus pro locorum & Ecclesiarum diuerſitate, in species aptas deducendum.

*¶ De inſtitutis pleno iure à Prelatis & aliis Ecclesiasticis.*

**C**VM honorū omnium testimonio magnus & permittitius ſus sit abuſus, quod Archiepiscopi, Episcopi, Praepoſiti, Abbates, Prælati, & quibus in Clero eſt potestas conferendi beneficia ecclesiastica pleno iure, Conferunt Ecclesiastis parochiales absolute & ſimpliſter quibuslibet, interdum indiguis & ineptis hominibus inexploratis, nullo præcedente examine: & quod intolerabilius eſt, nonnunquam ſpurii, nothis, pueris, aut ſeruis indignis. Cenſiuſmus hanc rem totius Concilij nomine ad ſummum Pontificem deferēdam, petendāmque ſedis illius prouifionem & declarationem, irritantem tales collationes, quas vocant pleno iure, niſi præcedat examen Episcopale, ſeu eorum quos Episcopi ad hoc dabunt, & vt potestatē faciat episcopis, vt quos non conſtarēt à ſua ſanctitate, vel alias ritè examinatos, non teneantur, quauis licet authoritate nitentes, ad poſſeffiones Prelaturarum vel Sacerdotiorum curam animarum habentium admittere, niſi examine diligenter excuſos atque probatos. Similiter, ne quenquam in ordine ab alio quam ſuo proprio Antiftite ſurtepticie, & nullo prævio examine ſucepto, teneantur ad Ecclesiasticas funções admittere, ſed ab ordinis ſucepti executione ſuspendere, donec exhibitis ſuæ promotionis literis, per examen debitum & iuxta Reformationis formulam factum, fuerit repertus idoneus.

*¶ De ſeculariibus vjſupantibus ſibi potestatē pleno iure conferendī beneficia.*

**D**E ſeculariibus verò habentibus ius præſentādi aliquem ad beneficium ecclesiasticum, ſive Curatum, ſive à cura

*De iure* liberum, qui contra regulas canonicas admittuntur pleno iure conferre, absque institutione canonica aut presentatum via facti intrudere: Decernimus cum toto Concilio, tales *Patrono.* conatus irritos ac nullos, esse: & si qui tale quidam facere *cap. Pre-* tentauerint, hos ipso facto, iure presentandi pro vice illa *terea.* priuatos esse: illum vero qui beneficium tali titulo recipit, aut se ei intromittit, nihil per hoc iuris acquirere, & procul ab illius occupatione remoueri debere, & per ordinarium in eius locum surrogari alium: quin & iura decernunt utrumque, & intrudentem & recipientem, anathematice ferendum esse.

## DE OFFICIORVM PER functione, Medio tertio, ad comparandum executionem Reformationis necessario.

 On prodest ad ecclesiæ edificationem, Prælatos & Pastores, curam animarum habentes, suisse diligenter examinatos, probatos, & legitima munus impositione institutos, atque admissos, nisi præsent etiam officium ad quod sunt vocati, & cuius gratia stipendia ab Ecclesia accipiunt: Idcirco pro consequēda Reformationis executione curandum esse censuimus, vi Ecclesiarum Prælati & Pastores suo munere strenue perfungantur. Quod nisi fiat, iacent omnia quæ Reformatio exigit.

*¶ Quibus possint Archidiaconi munus suum committere.*

Item quod paucim tam indoctos & inutiles sacerdotes videimus Ecclesiarum regimini prefectos, vnde & mores boni corrumpuntur & omnis disciplina populi labascit, quodque tam turpiter in concubinatu, perpetua ebrietate, & aliis infamibus vitiis, vnde & populus scandalizatur, quidam vivunt, Episcoporum negligentia & Archidiaconis illis, qui quaestū avarum & officiorum seu munerum suorum locationem faciunt, & malunt homines de salute æterna periclitari, quam se lucro turpi, ac temporali non ditari acceptum ferendum

rendum esse, fatentur omnes, quibus dolet, animas hominum, quos sanguine suo Christus mercatus est, non pluris estimari, & Cleri infamia populum scandalizari. Cui accusacioni & iuste querelæ mederi cupientes, sancimus & statuimus, vt Episcopi, Archidiaconi, & omnes qui functionem munierum suorum, non per se, sed per ministros, aut commissarios seu collectores solent obire, vices suas non committant hominibus leuiibus, vitiosis, aut coniugatis: sed tantum Ecclesiasticis, grauibus, & probatæ opinionis viris.

*¶ Non licet Prælati officia sua pro pecunia patra alicui committere.*

**S**imiliter ad tollendum grauem & scandalosum abutum, quo quidem pecunia oblatis comparant sibi à Prælati commissiones & officia, non salutem animalium, sed pecuniam vberiorem ex officiis quærentes: Statuimus & mandamus, ne quis Prælatus, cuiuscunq; sit dignitatis, suam Iurisdictionem, & munera vlli commissario seu collectori, licet Ecclesiastico, plus offerenti, pro pecunia aut pro certo annuo censu, committat vel vendat, sub pena excommunicationis, quam emens, seu pecuniam pacis, ipso facto incurrit: vendens vero, præter penas canonicas, amittat etiam actionem, pecuniam patram exigendi. Decernentes contractum huiusmodi illicitum, à iure damnatum, ac nullum esse & habere debere.

*¶ Quod non licet relinquare peccata pro pecuniis impunita.*

**M**agno populi Christiani scandalo, quidam ad quos pertinet vitiorum correctio, relinquunt peccata ob pecunias & munera impunita, non perpendentes pudendum esse crimen, crimina non coercere: nec quicquam esse, quod atrocis Episcopos & Prælatos coram Deo accuset, quam huius rei neglegit. Idecirco deliberatione cum Concilio habita, Mådamus & sancimus, ne Episcopi, Archidiaconi, vel alij Iurisdictionem habentes, aut eorū Officiales, seu commissarij, vitiorum correctiones dissimulent permitentes, cuicunque pecunia munera, vel necessitudinis cuiuscunq; gratia in eis hærente: sed delicta præterita castigent, penitentia salutari, pro delicti grauitate imposita: nec penitentia loco pecuniam emungant, nisi ubi permittit Iura aut Canones: seu ubi pre bb iiiij

*Depensis* transgressione mandati, vel inhibitionis, certa multa (cuius c.licet. habuerit transgressor cognitionem, & tamen contempserit) *De offic.* decreta sit. Verum multa ex permissione Iurium aut Cano- *Ord. c. ir* num prouenientia secundum illorum præscriptum conuertatur. *Ceterum* vbi eiucemodi castigationibus nō proficitur, & tanta sit delicti grauitas, poterit etiam censuris & pœnis *graph.* Canonicis castigari: Nimirum suspensionis ab officio, *Prouide-* communicationis, & priuationis beneficiorum Ecclesiastico- *ant.* rum,

*De sent.* *Hoc ut numeri suo Collegiorum Præpositi satisfiant.*

*excōmu.* *Verela* est Collegiorum, Præpositos quosdam, ad quos *libr. 6.* *Præstito* iuramento pertineat Iura & statuta ecclesiastico- *S. deni-* tueri atque defendere, nihil agere minus: sed præcipere tan- *que.* tum amplos fructus, cæterum ecclesiæ quarum causa illos percipiunt, relinquere indefensas: immemores iurisfundi, & eius quod beneficium propter officium datur. Hinc decer- nimus & statuimus, vt si istiusmodi l'räpositi à suis Colle- giis, ad bonorum, Priuilegiorum, iurium & statutorum de- fensionem, expensis Capitulorum, necessitatibus tempore, vel imminentie discrimine, requisiti, muneri suo satisfacere ne- glexerint, & inde Collegium ceu ecclesia illa damnum acci- piat, pœnam incident, pro damni accepti magnitudine, & Præ- positi negligentia ab Episcopo seu superioribus taxandam, & moderandam.

\* *Quod non liceat Decanis a suis Collegiis abesse.*

*V* Idem Decanis absentibus, vel officio suo segniter perfungentibus, leuisimorum quorumque Canonico- rum & vicariorum insolentiam præualere fere aduersus me- liores, pietatem & zelum bonorum haberi ludibrio, officia neglegi, diuina neque ritè neque ab omnibus persolui, can- tum præcipitari, vitæ & morum honestatem periclitari, dis- ciplinam prorsus nullam esse: breuiter, licere prauis qui- busque quicquid libeat: Præcipimus idcirco & mandamus, vt Decani apud suas ecclesiæ personaliter resideant, & officio suo per seipso strenue perfungantur, excessusque sub- editorum quoties opus erit castigant, sub pœna priuationis fructuum Decanalium, prò rata temporis, quos absq[ue] causa rationabili moniti non resederint, fabricæ, aut pauperibus applicandorum, vbi alias non est pœna digna: contra nō resi- dentes decretu, nisi forte necessitatis causa contigerit eos ab- esse:

esse: Qno casu, Capitulari alicui, qui suscepit officij ratio- nem reddere possit, quemque inferiores reuerentur vices suas committant, nisi tales absentes vicarium peculiaria col- legiorum statuta designent.

\* *Quod Abbatissæ nobilium Virginum quas canonissas appellant debent apud sua Collegia residere.*

I Dem statuimus de Abbatissis Collegiorum Nobilium vir- ginum Canonistarum, quas tanto magis oportet collegiis suis adesse, & perpetuo residere, quanto virgines illæ maiori custodia sunt dignæ. Quibus præterea mandamus, vt diligen- ter obseruent, num omnes in Dormitorio communè nocte decumbant, & in habitu ipsas decente incedant, ac horas Ca- nonicas ritè persoluant, cæteraque quæ Reformationis Cæ- farianæ formula, & probatae earum constitutiones exigunt diligenter obseruent, sub pœna suspensionis à perceptione fructuum, in fabricam Ecclesiæ applicandorum, donec pa- reant.

Illas verò Abbatissas, quæ duobus Collegiis contra Decre- ta sanctorum Patrum Præpositæ sunt, & duorum in se reci- piunt Curam, quum vix vni regendo sufficient, censendas decernimus iuxta Decretum. De Restrigenda pluralitate be- neficiorum, inferius paulo subiectum: Atque vt canonissæ, secundum formulam aliquam ipsorum statui conuenienter n- possint in vitæ & morum honestate formari, conscribi quæ- dam in eam rem iussimus, quæ visitatoribus nostris trade- mus exequenda: Communicabimus quoque ea Reuerendis Confratribus nostris Comprouincialibus, Episcopis quo & ipsi in suis Diœcesibus, secundum locorum & personarum rationem (quantum fieri potest) Reformationis uitatem ac conformitatem introducant.

\* *Vt Abbates a monasteriis suis non discedant.*

*M* Andamus quoque & præcipimus, vt Abbates quorum- liber Monasteriorum, non nisi intra Monasteriorum septa, cum fratribus habent, nec moram longam extra ea trahant,

\* *De restrigenda plurimorum beneficiorum curam ani- marum habentium coaceruatione.*

*C* Vpientes ex animo quantum in nobis est prohibere ac tollere odiosum illud & insatiabile (quod & Patrum è a- nones detestantur) studium coacerandi multa beneficia, cu-

ram animarum habentia, vnde populus fidelis grauiter scandalizatur & optimorum, quorumque animi à Clero alienantur, spoliant ecclesiæ debiti ministeriis, cessatio inducit cultus diuini, fundatores quorum sacrosancta & inuiolabilis debebat haberi suprema voluntas, spe & expectatione sua fraudantur: meliores, quibus beneficium aliquod Ecclesiæ certæ debetur, qui que ministrare in eo, & cupiant & possint, non absque iniuria & offensione Dei excluduntur, & ad studia prophana impelluntur, vbi Ecclesiæ poterant esse ornamendo, donec Cælarea Maiestas prouisionem meliorem aduersus licentiam hanc à summo Pontifice impetrat: id quod ab Ecclesiasticis Imperij Statibus rogatus, se recepit à sanctitate eius eniti atq; efflagitare velle. Statuimus, & cōmuni maturaque deliberatione cum Concilio p̄habita, quod iustissimum est, & ad Ecclesiæ adificationem pertinet, sancimus, vt beneficiatus quisque, si beneficia habet à Curis libera, aut vnum curatum, aliud simplex, satisfaciat officio cuius gratia beneficium accipit, secundum

*i. Cor. 9.* Fundatorum intentionem, sacros canones, & Patrum decreta: & ab ecclesia vbi beneficium negligit, non participet. Et enim diuini iuris est: vt qui seruit altari, de altari viuat: nec bono iure es qui nō seruit altari: viuit de altari, sicut stipendiū nō debetur nisi militanti. Si verò Curatum habet beneficiū apud ecclesiā vbi beneficium habet, residat, & officio satisfaciat alioqui nihil percepturus: pertinebitque ad Episcopum, seu eos, quibus hoc iuris competit, vt de p̄bendæ seu beneficij fructibus, ad ecclesiæ illius utilitatem disponant: nisi beneficiatus illæ Ecclesiæ Dei utilius aliquod servitium interim impendat. Quod si quis iuxta.c. De multa De p̄bēn. qualificatus iam impetravit à sede Apostolica facultatem plura quā vnum beneficium retinendi, Mandamus, vt hanc Episcopo suo, aut eius Visitatoribus secundum dispositionē.c. Ordinarij. De offi. Ordina, in 6. presentet atque exhibeat. Quæ si apparent sufficiens, curet Episcopus ut beneficia debitis obsequiis non fraudentur. Alioqui beneficiatus, vno, quod maluerit retento, reliqua libere resignet, aut dimittat viris idoneis, personaliter residere volentibus, absque p̄iudicio tamen præsentantium, eligentium, & collatorum conferenda. Si verò dispensatum sit cum indigno, summo illud P̄tifici, curet Episcopus significare, vt dignio-

ri de beneficio illo prouideatur, per eos quibus alias comperit ius eligendi, conferendi, vel præsentandi.

*¶ De competencia iusta Rectoribus ecclesiarum, sue perpetua sue temporalibus assignanda.*

Vbi Collegia vel monasteria, vel habentes dignitates, habet Ecclesiæ parochiales incorporatas cum decimis iuribus & censibus, quas committere soleant pastoribus vel perpetuis vicariis, cum assignatione portionis fructuum regendas, si portio talis sit accisa, nec sufficiat, vt honestè ac decenter ex ea viuat, ne causa sit cur animæ negligantur, aut deferratur officium, vel ad curas sordidas pastor ille pro victu De p̄bēn c. ex comparando adigatur, Mādamus & decernimus, vt iusta portione secundū Reformationem ei de decimis Collegij vel Monasterij bonis assignetur, sive per episcopum loci, sive per Episcopum eius visitatores. Similiter vbi temporales Rectores ad regen suisti. Et eis ecclias conducuntur, Decernimus, vt iis iustum & dignum stipendium detur pro locorum, & personarum conditio in ab Episcopo moderandum, quod decentem eis & honestum sexto. victum atque vestitum suppeditet.

*¶ Necogantur ecclesiarum Rectores opera seruilia subire.*

Omnia autem vetamus, ne vila Collegia, Monasteria, vel habentes dignitates, locent ecclesiarum suarum regimen cum agris, vineis, sylvis, partis, & iuribus, rectori plus offerent sub annua pensione: tales enim coloni verius, quam pastores, seruilibus & sordidis negotiis se dedere, & maiorem temporalium, quam spiritualium bonorum sollicitudinem habere, dignamque animarum curam negligere solent. Possunt tamen colonis secularibus ecclesiarum p̄dæ sub anno censu locari, emolumenataque pro utilitate ecclesiarum commutari, vel vendi: quinetiam non vetamus quin collegia & monasteria possint ecclesiæ rectori, bonorum ad ipsam ecclesiam pertinentium, administrationem plenam committere, pro moderatione censu, quem de p̄dæ pendat: sic tamen, vt ei superfit honestus & sufficiens vietus ac vestitus: nec ad supremum censum adigatur, vt solent licitantes à plus offerentibus, pro quo corradendo cogatur se sordidis & seruilibus operibus mancipare, ac rusticus fieri, vt vix aut ægre ei superfit,

vnde fuditatem suam veltiat, & vitam miserae sustinet: quales multos, magno Ecclesiastici ordinis de decoro, in pagis videmus sacerdotes.

**¶ Do vicariorum seu capellanorum in Ecclesia  
Colligiatis officiis.**

**A**D postremum statuimus & ordinamus, ut ecclesiarii collegiarum vicarij (quos aliqui vocant Cappellanos aut Chorisocios) nomini suo respondeant, nec tempore diuinorum aliis psallentibus, ipsi extra chorum patienter, desideat, confabulentur, aut aliud quid agant in ecclesia, in populi scandalum. Sed canonicis in persoluendis horis canonicis & diuinis sint adiumento & onera specialia, ad quæ vel ex fundatione, vel antiqua consuetudine, aut ecclesiistarum statutis, obligantur deuotè & diligenter persolvant, sub pena suspenzionis: non à distributionibus tantummodo quotidianis, verum etiam à vicariarum suarum fructibus, donec negligentiam iuxta Decani & Capituli iudicium emendent.

**DE QVAR TO MEDIO REFOR-  
mandi Ecclesiam per visitationem.**

**N**on alias sanè melius, quam in visitatione deprehendunt corriguntur, & eradicantur errores & vitia quæ visitatoribus dormientibus seminantur, crescent, & securum robur acquirunt. Sic in Euangelio dicitur: Cum dormirent homines, venit inimicus homo & superseminauit zizania, morum nimirum & doctrinæ corruptelam. Dormiunt prælati, qui non visitant: soli vigilant, & seruent custodias noctis super gregem suum qui mala quæ metuantur visitatione præcidunt. Et quoniam semper oportet eos in sibi commissas oues habere oculos intentos, speculatores appellantur: Speculatorum, inquit propheta, dedit domui Israël. Nec aliud est episcopus, etiam ex nomine, quam speculator. Hinc etiam Apostolus: Attende vobis & vniuerso gregi, in quo posuit vos spiritus sanctus Episcopos. Et vniuerso gregi, inquit gregi, quod visitationem requirit ut episcopus nemini desit. Quale exemplum dedit ipse de se Apostolus, non semper prædicans, sed visitans etiam suos, quos ad Christum conuerterat, ut explorare, vtrum serua-

rent doctrinas & traditiones apostolorum & seniorum. Sic habitu Concilio Hierosolymitano in quo Apostoli & seniores statuerant, quo nam pacto lex vetus sepeliri deberet, ait ad Barnabam Paulus: Reuertentes visitemus fratres per vniuersas ciuitates, quo modo se habeant. Qualium visitationum frequens mentio est in Actis apostolorum Capite 20, commemorat episcopis Asiaticis labores suos, ac tandem contestatur eos in hæc verba: Quapropter contestor vos hodierna die, quod mundus sum à sanguine omnium: Non enim subterfugi, quo minus annuntiarem vobis omne concilium Dei. Qua sanè contestatione pronuntiat reos sanguinis omnium persecutiū animarum, episcopos illos, qui oues suas non requirunt. Visitatione igitur opus est, cum archidiaconali, tum episcopali, atque archiepiscopali, & eorum, quibus hoc muneric incumbit ad extirpandos errores ac vitia, & mores bonos plantandos, cōsque in vsu & vi- gore suo retinendos. Hactenus autem (quod negare non possumus) alto somno dormierunt episcopi, de archidiaconorum visitatione securi, qui speciem quandam visitationis retinuerunt, sed deformem, & prauorum officialium seu visitatorum quaestu vitiosam ac reprehensibilem. Nunquam profecto, quod nunc sero querimur, tot hæreses & lectoræ moresque corrupti eo usque inualuisserint, nec iaceret adeò disciplina ecclesiastica neglecta, si rectè visitatum ab episcopis & archidiaconis, & iis quibus hoc muneric incumbit, fuisset. Quapropter archidiaconis quidem torius Concilij authoritate mandamus & præcipimus, ut abusu correcto, visitationem instituant ad formulam Reformationis, nec quicquam finant vitiis, pecunia vel munerum causa, hæreter, iuxta superiores nostras constitutiones sub pena quam Episcopi vel superiores dignam iudicauerint. Episcopos autem requiri mus, ut frequentius per hoc triennium visitent suas Diœceses, cum ad extingendas hæresum & schismatum reliquias, tum vero ut archidiaconales & inferiores visitatores obseruent, atque in ordinem redigant. Nam nisi hoc fiat verendum est inferiores visitatores suam morem retenturos.

**¶ De notario in visitatione adhibendo.**

**S**Tatuimus ad hæc, ut visitatoribus adhibeatur Notarius qui sit sacerdos, aut saltē clericus non coniugatus.

## ¶ De visitatione exemptorum &amp; non exemptorum.

**C**Autum est in reformationis formula, ut à visitatione Episcopali nulla ecclesia esset libera seu exempta, propterea, vt opinamur, quod exempti multi ab institutis suis latè deflexerunt, & populum grauiter irreligiosa vita conuersatione & moribus corruptis scandalizent: induceretur autem ecclesiæ turpis facies, plurimaque in populo scandala nascerentur, si visitatis ac reformatis non exemptis, exempti quos oportebat esse potius reformatos, hęc erant perpetuo in eodem luto. Verum quum in hoc negotio decesserit episcopis summi Pontificis authoritas, Cæsarea Maiestas recepit se velle cum summo Pontifice agere, vt operi huic tam sancto sanctitas eius se accommodaret. Quod ipsum utrum iam factum sit, nécne, nondum ad nos peruenit. Idcirco statuimus interea, donec de hoc reddamus certiores, vt episcopus quis que visitet omnes sibi subiectos, nō exemptos, licet sint per archidiaconos aut alios prælatos visitati: Exemptis verò, ne quid in se patientur episcopi desiderari eorum quæ Cæsarea Maiestas serio requirit, suum visitandi studium atque operā offerant, hoc periculoſo præsertim tempore: Et nihilominus præsenti Concilio statuente, requirimus, & à reuerēdis Coepiscopis nostris suffraganeis in eorum Diœcesibus requirendos censemus, omnes exemptorum prælatos & visitatores, vt munus suum strenuè exequantur, reformatique subditos suos, iuxta Reformationis Cæsareanæ (quam sibi comparare quisque teneatur) formulam, & Cæsarea Maiestatis mentem. Quia in re si fuerint negligentes, & non cum effectu reformationem exequantur, tum episcoporum erit, vt negligentiam hanc, aut summo Pontifici, aut Cæsarea Maiestatis, quo prospiciatur eis de remedio oportuno.

## ¶ De visitatione hospitalium etiam exemptorum.

**C**Vm Reipublicæ, sed præcipue episcoporum interfit, vt visitent ac restituantur hospitalia, quippe quod episcopi sint, & esse debeant, patres pauperum, & infirmorum, nec ferendum eis sit, vt eleemosynæ debita eis subtrahantur, Statuimus hospitalia omnia esse diligenter & magna cura visitanda, impetrandumque ordinari à summo Pontifice, Cæsarea Maiestatis intercessione, priuilegium visitandi & reformati etiam exemptorum hospitalia, salvo tamen i aliis exemptionis iure.

De autho-

## ¶ De autoritate qua oportet visitatores episcopales preditos esse.

**E**Rit quoque visitatoribus episcopalibus opus flagello Euangelico, & ecclesiastica coercendi potestate, vt vendentes & ementes, scorta, nequitias, imposturas, omnemque turpitudinem ex Ecclesia eiicere valeant. Proinde decernimus, vt Episcopi & prælati, mittentes aliquo, vbi ipsi fuerint negotiis alii occupati, suos visitatores, instruant eos etiam auctoritate ac potestate sufficienti, rebellēs ac criminosos per censuras ecclesiasticas coercendi, & vitia ut magna vel parua fuerint castigandi.

## ¶ De formula inquirendi in visitationibus.

**Q**Vanquam nulla certa inquirendi regula, ob rerum omnium instabilitatem, & diuersos casus, qui subinde accedunt visitatoribus, potest præscribi, expedit tamen, extare formulas, ad quas pro diuersa locorum, ordinum, & ecclesiæ conditione, aliter atque aliter inquisitionem suam illi instituant, & quibus submonitorij loco vti possint. Quæ si non inueniantur editæ, quo visitatores hoc onere leuemus, dabimus piis & eruditis aliquot viris negotium, tales formulas, etiam suffraganeis nostris Episcopis communicadas, colligendi ac scribendi.

## ¶ De sumptuum &amp; procurationum in visitatione exigendarum moderatione.

**S**Emper mansit extra controuersiam eos qui visitarentur debere suis visitatoribus sumptus omnes, dicente Apostolo, Quis plantat vineam, & de fructibus eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte eius non manducat? Si nos spiritu lia vobis seminauimus, magnum est, si carnalia vestra memetamus? Sed quoniam frigescente charitate, populus non ut olim benigne & liberaliter succurrat Ecclesiæ necessitatibus, & grauibus insuper exactionibus Ecclesiæ per hanc tempestem atteruntur, ne visitatio superueniens, fiat onus importabile, & offenditionem demus, vt Apostolus loquitur, Euangelio, Requirimus reuerendos Comprouineiales Episcopos, nostros, Suffraganeos, vt quando non per se, sed per Commissarios visitabunt, non finant visitandos supremis questionum ac procurationum iuribus gravari, neque enim debent filij thesaurizare parentibus,

sed parentes filii: Præcipimūsque & mandamus vniuersis & singulis nobis inferioribus visitatoribus, ne superfluum familitum in comitatum assumant, & virtualium sumptu me diocri, pro sua decentia, sint contenti. De parochis vero, vbi tenues sunt redditus & paucus est populus, ordinamus, ut visitandi vocentur ad vicinum aliquem illius Decanatus, seu regiuncula locum, & moderatum tantummodo subsidium conferant in sumptus communes. Ceterum si pauperis cuiusvis parochia necessitas requirat visitationem personali, cum hac visitores agant benigne, & ad exemplum Apostoli Pauli, qui malebat manuum labore victimum sibi & suis querere, quam quemquam grauare, Ecclesiæ pauperi de suo quod à locupletiori ecclesia habent, feruant.

## DE SYNODORVM CELE- bratione medio Quinto. Ad reformatio- nem exequandam necessario.



**M**A GNO status ecclesiastici, imo Reip. Christianæ detrimento sero quarimur. Synodos vel intermissas, vel non recte hactenus suis celebratas. Quarum necessitas hinc intelligitur, quod vbi deficit visitatio, vbi inferiorum non est cura, vbi examen & studia bona iacure neglecta, sole restant Synodi, seu Concilia in nomine Christi congregata, idonea nō tatum ad honorū morū plationem, & extirpationem malorum, verumetiam ad mediorum seu viarum, quibus ad istas pertingimus, restitutionē cum primis valentia. Siquidem in Synodis redintegratur unitas, studetur corpori i sua integritate conseruando, vbi ea quæ in visitatione non dabatur exerci, executionem studiis communibus assequuntur, vbi de capite & membris, de fide & pietate, de religione & cultu diuino, de moribus, de disciplina, de obedientia, de iudiciis & rebus omnibus, ad bene Christianæque viuendum commodis vel necessariis, tractatur atque statuitur, vt verissime in Reformationis formula dicitur: Salus Ecclesiæ, terror hostiū eius, & fidei catholicæ stabilimentum sunt synodi, quas etiam rectissimè corporis Ecclesiæ neruos dixerimus: Neglectis enim synodis, nō aliter ecclesiasticus

ecclesiasticus ordo difflit, quā si corpus humanum neruis solvatur. Idecirco statuimus, vt synodus diœcœla quotannis bis, pro veteri quidem more, sed iuxta Reformationis formulam religiosius meliori cū fructu celebretur. Sufficerit tamē in diœcesi Leodiensi, propter eius latitudinem & multitudinem Prælatorum, semel quotannis recte & studio feruēti celebrazione. Synodus vero prouinciale volumus iuxta Basiliensis Concilij decretum, singulo quoque triennio cogi debere.

**¶ De sumptibus, quos in synodis faciunt Decani Colle-  
giorum & Paforum.**

**D**ecani Collegiorum accedentes Synodum, pro suis Collegiis in legionis officio & dignitate sua conseruandis, & Decani rurales pro sue regiuncula Parochis, Deo vtique militant. Nemo vero, vt Apostolus ait, militar vñquam stipendiis suis. Propterea decernimus & statuimus, vt pro numero dierum, quibus concilium durat, conferant Decanis suis Collegia & Parochi subsidia, in sumptus, quos necessario facere debent, absque omni tergiuersatione. Quia in re tam iusta, si quis rationis & æquitatis obliti, reddiderint se difficiles, visitatorum nostrorum erit, hos tales nō modo compellere ad id, quod iure diuino debent persoluendum, verumetiam pernas ab eis pro iniuriatis modo exigere.

**¶ De nouis constitutionibus in Synodis edendis.**

**S**tatuimus quoque, vt in Synodis communibus consiliis decernatur, de tollendis abusibus & moribus corruptis, quos contigerit ad Synodi iudicium referri, disciplina ecclesiastica castigandis. Et si opus sit, canones veteres renouetur, aut noui in nouis casibus, iuxta sacram scripturā, Patrum actiones, & recte rationis iudicium cōdatur: id quod modo nos quoque ex his que ad Synodū relata sunt, facere decreuimus.

## DE MEDIO SEXTO AD Reformationis executionem necessario.



**E**XTV M medium ad exequandam Reformatio-  
nem efficax, est Iurisdictio ecclesiastica, qua tan-  
quam supremo refugio compelluntur, qui spon-  
te non ducentur ad vitæ emendationem. Hanc  
Christus Ecclesiæ in Petro pro Ecclesia confitēti ipsum esse

filium esse Dei, promisit, quando dixit: Tibi dabo claves regni cœlorum, Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Quam premissionem non ad unum petrum pertinere, sed in omnes Apostolos transmissam, alio loco insinuat, vbi dicit: Amen dico vobis, que dico uero ligaueritis super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcumque solueritis super terram, erit solutum & in cœlis. Ecclesiæ igitur sunt claves istæ ligandi atque soluendi datae, quas non ab hominibus, sed a Christo accepit: ut absque diuinæ authoritatis contemptu contemni non posint. Quapropter Christus præcipit, vt eum qui Ecclesiam ius dicentem non audierit pro Ethnico habeamus & Publicano. Tanta est ecclesiastica iurisdictionis vis & potestas. Hac coeterunt obstinati in sceleribus, peruvicaces, rebelles, flagitiosi, & contumaces. Hac uetus est beatus Apostolus Paulius, quando Corinthium, nouerat suæ stupratorem, tradidit Satanæ: Ego, inquit, absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicavi te præsens: Fum, qui sic operatus es in nomine domini nostri Iesu Christi cōgregatus vobis & meo spiritu, cum virtute domini Iesu, tradere huismodi hominem Satanæ in interium carnis, ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. Hac item uetus est aduersus Hymeneum & Alexandrum, qui operum conscientiam quæ fidei rectæ congrueret repellentes circa fidem naufragauerunt, quos tradidit Satanæ, ut disserent non blasphemare. Et increpat beatus Apostolus Corinthios, apud iudices infideles & Ethnicos iudicio contendentes: An nescitis, inquit, quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? & si in vobis iudicabitur mundus, indigni esis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iudicabimus, quanto magis secularia? Et per ironiam subdit: Secularia igitur iudicia si habueritis contemptibiles scilicet qui sunt in Ecclesia, illos constitue ad iudicandum, Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum, sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles? Quibus permoti rationibus, decreuimus cum præsenti Synodo, iudicia ecclesiastica in primis reformanda esse. Et quidem in hanc rem antecessores nostri sancti Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopi, Theodoricus & Ropertus quædam statuere, post

quos

quos antecessor noster Hermanus, anno vigesimo nono, copiostorem nostræ Curiæ Reformationem edidit, quæ & in Provinciali Concilio, anno trigesimo sexto, communis omnium consensu publicata atque recepta est. Verum cum prohibente hominum malitia, non sit Reformatio illa per hanc tempestatem fortita per omnia executionem, Decreuiimus hanc primum in Dieceesi nostra diligenter exequi, & omnes Curiæ nostræ Officiarios iure iurando astringere ad eius obseruantiam. Requirimus quoque & monemus reuerendos confratres nostros Suffraganeos Episcopos, vt & ipsi secundum hoc exemplar, prout melius videbitur congruere saluti & tranquillitatii subditorum, suas quoque Curias reformat, & executionem reformatæ iurisdictionis, episcopalii sua auctoritate inferioribus omnibus ad eundem modum, hoc est per ius iurandum imponant.

*¶ De impedientibus executionem mandatorum & sententiariarum iudicium Ecclesiasticorum.*

Ecclesiasticus iudex officio suo nequit perfungi, vbi Magistratus & seculares homines, contumacibus, flagitiosis, & rebellibus patrocinium, ferunt aduersus ecclesiastica iudicia, vel ea impediunt. Idcirco mandamus omnibus Magistratibus, Præfectis, Iudicibus secularibus, & quibuscumque Ecclesiæ filiis, ne quis ad iudicium ecclesiasticum vocatis, aduersus Dei ordinationem, unde est ista potestas, & facros canones patrocinetur, aut quoquis modo impedit mandatorum & sententiariarum Ecclesiasticorum iudicium executionem, sub pena excommunicationis, qua nisi admoniti resplicant, sint plectendi. Piissimum quoque imperatorem nostrum, & Principes seculares, quorum ditiones in provinciam nostram excurrunt, vel intra eius ambitum continentur, duimus totius Concilij nomine, tanquam iustitiae patrocinatores inuocandos, vt ditionum illarum Satrapis, Præfectis, Iudicibus, Magistratibus, siveque vicariis mandare ac præcipere velint, ne ecclesiastico iudici, brachium seculare petenti, illud denegent, aut cuiuscunque exceptionis per eos propositæ occasione differant, etiam si nullitatem exceptio concernat, quemadmodum iure communis cautum est.

¶ Ne indices seculares de matrimonialibus &  
aliis spiritualibus causis iudicent.

**Q**um matrimonij Sacramentum , vt Sacraenta reliqua , in thesauris Ecclesiae numeretur , nec sit ciuilis quidam Contractus , vt olim putarunt Ethnici , ad solius Ecclesiae iudicium , præsterni vbi quæstio juris versatur , eius decisio pertinet . Idcirco statuimus cum præsenti Concilio , & sub excommunicationis pœna prohibemus ne Magistratus aut iudices seculares , in matrimonialibus aut aliis spiritualibus quibuscunque causis , ad cognitionem solius ecclesiastici iudicis spectantibus , inter suos subditos aut alienos iudicent , nec dispensandi aut transfigendi potestatem in matrimonio ac gradibus prohibitis sibi usurpent . Sed ejusmodi causas omnes ad iudicis ecclesiastici cognitionem & definitionem remittant .

## CENSVR AE ET DECRETA lata pro abusuum & uitiorum ad Synodi iudicium perlatorum , e- mendatione .

¶ Ne quis recipiat aut foueat monachos & sanctimoniales ,  
sui instituti desertores ac fugitivos apostatas ,  
sub excommunicationis pœna .

**G**illa re magis per hanc tempestatem fœdata est Ecclesiae Christi facies , quam profugorum Monachorum & sanctimonialium perfidia atque flagitiis , quorum ut erat vitæ institutum arctum prius & sanctum , ita eo abiecto , absque omni freno ad quævis flagitorum genera prouoluti sunt : his enim authoribus natæ sunt herefes , sacrilegia , incestuosa connubia , & sacrorum omnium prophanatio . Nec ab aliis magis quam iis , quos isti seduxerunt , sunt hæc mala defensa atque promota . Ideo magna severitate opus est , vt flagitiosissimum hoc genus hominum reprimatur , atque ab Ecclesia fidelium , videlicet ne plures eorum contagione inficiantur &

tur & pereant , submoueatur . Proinde quod nuper in diœcesana Synodo nostra decreueramus , nunc renouamus , & eius innixi autoritat[i] , qui dixit : Quicquid ligaueritis super terram , erit ligatum & in celis . Sancimus vñanimi totius Concilij consensu , iudicio ac sententia , ac præcipimus , ne quis cuiuscunque status vel cōditionis fuerit , posthac Monachos vel Monachas fugitivos , & extra superiorum suorū obedientiam vagantes , quos nouerit veridica aliorū relatione , aut superiōrū testimonio , vel alio quoquis modo esse tales , recipere , fouere , aut ad Sacraenta vel ecclesiastica ministeria admittere ausit sub excommunicationis , quam ipso factō incurrat pœna , qua & sacri Canones feriunt eos , qui huiuscmodi fugitiuiis apostatis atque excommunicatis communicant .

¶ De Monachis sanctimonialibus , & Sacerdotibus coniugatis .

P Erlatum ad Concilium est , apostatas illos varia vitæ generosestari : quosdam enim seculare institutum in omnibus assumpisse , & pudicitia , quam Deo consecrauerant , prostituta , Monachos sanctimonialibus , duplicato incestu , sub coniugij prætextu adhærere . Quo vitio & sacerdotes , ac maiorum ordinum quidam Clerici contra sacros canones se cōtaminarunt . Quosdam verò viduis & fœminis secularibus se copulasse . In quo gradu & sanctionales quædam Deo sub velamine dicatae , se viris coniugij nomine profiterunt : quas nuptias omnes , quia priorem fidem irritam fecerunt , Deo abominabiles atque execrabilis , vt nuper in synodo nostra diœcesana declarauimus , ita nunc quoque totius Concilij approbatione ac iudicio declaramus & pronunciamus illicitas prophanas , sacrilegas , atque incestuosas esse , & nusquam tolerandas , & anathemati eos omnes , qui ita contraxerunt , esse innoxios : prolesque inde susceptas , illegitimas esse , nec aliter quam spurious & nothos habendas , ac proinde hæreditario nomine parentibus suis neque in mobilibus , neque in immobilibus succedere posse aut debere .

¶ De concubinariis monachis vel  
sacerdotibus .

I N tertio genere versantur Monachi apostatae , qui ministris ecclesiasticis perfunguntur , & scortis seu concubinis adhærent . Quorum quidam religionis suæ habitum penitus abiecerunt , quidam non integrum , sed partem eius obmetum

retinuerunt. De quibus statuimus, ut seueriori ordinis disciplina pro taati scandali expurgatione submittantur, & carnis sua petulantiam penitentiae afflictione mortificant. De sacerdotibus, vero, & clericis beneficiatis, quibus concubinae vel feminæ, de incontinentia suspectæ, seu cum quibus ipsi ante hac de fornicatione diffamati fuerunt manifestè cohabitant, ut nuper in Synodo diœcesana, ita nunc quoque totius Concilij consensu & approbatione decernimus & pronunciamus, eos qui tales feminas apud se detinent, sententiam suspensionis ab officio & beneficio incurrisse: Mandamusque & præcipimus, ut iuxta nouissimam declarationem, eas tam procul, è vicinia submoueant, ut commertii non detur facilis occasio, & suspitiones omnes videntur: ipsas vero feminas, si post hac in domibus vel vicinia permanferint, censum excommunicationis censura plectendas: Volumus quoque & iubemus, ut Ecclesiærum prælati sententiam memoratam contra concubinarios notorios, & de concubinatu suspectos, diligenter exequantur: alioqui nostrarum partium erit eorum negligentiæ supplere, & poenas dignas pro ea exigere. Quod si quilibet furiis correpti, instar equi & muli, quibus non est intellectus, suspensionis pena non emendentur, aut his nostris mandatis facto contrario docuerint se non velle parere: contra hos tales ad ulteriorem beneficiorum priuationem, aliisque duriores poenas decreuimus & censiimus esse procedendum.

**¶ De Monachis qui extra obedientiam degentes diuinam tractant, & populo Sacramenta administrant.**

**I**N genere quarto versantur Monachi profugi, qui extra obedientiam iugum & ordinis sui obseruantiam, alij in habitu, alij habitu cum Religione reiecto degentes, regimini se intromittunt, Ecclesiærum Sacra menta, conficiunt & populo administrant, cum sint ipsi excommunicati, & Sacramentorum omnium expertes: Confessiones audiunt, cum absoluendi non habeant potestatem, multis modis & populo imponentes, & scipios censuris grauioribus illaqueantes: Nonnunquam etiam dogmata falsa diffemiantes

nantes, quos cum animaduertimus esse propria quædam instrumenta, quibus ecclesiastica disciplina subvertatur, & pietati, obteata specie tam sibi quam populo perniciem adferre: Mandamus & præcipimus, sub anathematis vinculo, ne quis tales Ecclesiæ Regimini aut sacramentorum administrationi admoueat.

**¶ De sanctimonialibus religionis sue habitudinibus subinde mutantibim.**

**H**is statimæ sunt Sanctimoniales quædam Religionem bene & sanctæ institutam professæ, quas accepimus Religionis sue habitum subinde deponere, & vestes seculares Religionis tædio sibi aptare, non abique graui fidelium scandalô, & Status sui ignominia: Quippe quod sicut mulier impudica cum veste pudorem, ita Sanctimoniale, Religionem cum veste. Quam indignitatem prohibere volentes præcipimus ne qua religiosa virgo, sub excommunicationis pena habitum alium, quam sue religioni conuenientem sibi induat, aut alia videri velit sponsa Deo consecrata, quam ea quam se esse profiteatur.

**¶ De requirendis omnis generis Apostatis, ut resipiscant, & ut ad instituta sua revertantur.**

**I**Am licet Apostatarum, & eorum qui missa ad aratru manu retrospererunt ad seculum, & se ineptos reddiderunt regno Dei, alias alio grauius impegerit: & quidam humilitate propter errorem communem, & eorum qui cum prohibere hunc cursum potuissent, officium neglexerunt conuenientium. Alij seuerâ vltione, ob malevolentiam & impietatem digni videantur: in hoc tamen sunt omnes pares, quod Religionis sue vota illa solennia, quibus se Deo præ ceteris mortalibus nuncuparunt, timore Dei & æternæ, animæ salute postpositis, perfide soluerunt. Que profecto magna est impietas. Enimvero Propheta Baruch, Deos Gentium falsos, à Deo vero hoc veluti signo proprio discernit: Quod falsi illi, votum quo se quis obligauerit,

nec tamen reddiderit, non requirant: Deus autem verus requirit. Vnde perspicuum est securos illos votifragos, apostatas, qui sibi persuadent Deum vota non requirere, habere sibi persuasum Deum esse falsum: quales sunt dij Gentium, quod vel cogitasse horrendum idolatriæ scelus est. Petrus quoque in Actis Apostolorum testatur eos, qui communem vitæ societatem, qualis olim inter Apostolos erat, & nunc apud religiosos conseruari debet, semel receptam deserunt, tentare Spiritum sanctum, & mentiri non hominibus, sed Deo. Idcirco duximus eos omnes salutis de qua periclitantur grauier admonendos, & uno nomine requirendos, quibus & presentis Synodi autoritate inuocato Christi nomine, quem sceleratis suis factis abnegarunt, Mandamus & præcipimus, ut relictis falsis coniugibus & Concupinis, si quibus adhaerent, postpositis que negotijs, quibus se implicuerunt, habitum religionis sua resumant, & ad suum quicke Monasterium reuertantur, vbi pœnitentiam salutarem ad diuinam vltionem auertendam, venianque erratorum imprestandam humiliiter agant.

**¶ De abiuranda heresi, & communione schismatica vitanda.**

Simplius requirimus, & paterno affectu monemus monachos & sanctimoniales apostatas, sacerdotes, sui ordinis & disciplinae desertores, clericos & laicos, eosque omnes qui communione schismatica, aut prauorū dogmatū contagione per hanc tempestatē se ab unitate ecclesiæ Catholicæ, extra quam non est salus, separarūt, ut heresi schismatique, omni abiurato, absolutione & recōciliatione à sede Apostolica, vel eis quibus hoc munera delegatū est, petat, studeatq; deinceps in unitate cōmunionis & fidei cū Ecclesia sancta catholica permanere. Propter eos verò Prouincię nostrę incolas, qui sibi arbitratur vtriusq; speciei cōmunionē à Cæs. M permisā, opera p̄ciū duximus de hoc iterū ferre nostrū iudiciū. Prōinde Cæs. M. Declaratione maturo iudicio lecta atq; expensa, q; nuper i synodo nostra fecimus, nūc toti⁹ Cōcilij sententiā declaramus oībus p̄uinciis nostrā fidelib⁹, nihil tale in religio sis catholicissimq; Imperatoris, Declaratione, qua suā mente exposuit, inueniri, quin potius contrariū: siquidē expressis & differtis verbis à catholicis Imperij Statibus, & eorū subditis, serio valde exigit, ne quid in sacramentorū administratione

præter

præter Ecclesiæ catholice cōsuetudinē immutet, aut immutari in suis ditionibus vlio pacto permittat. Cui Cæs. M. plane catholicae & Christianae ordinatio decreuimus. Nostanquā Archiepiscopus & Princeps Elector per dei gratiam Catholicus, cum Reuerendis cōfratribus nostris comprouncialibus Episcopis & principibus, eadem gratia diuina concedente similiter catholicis, fideliter & obediente per oīa obtēperare: Id quod & alioqui pro nostra erga sanctam Ecclesiam deuotione, studio pacis & vnitatis, quæ diuino illo sacramento significatur, conseruādæ, eramus facturi. Præcipimus idcirco, & authoritate præsentis synodi in nomine dñi nostri Iesu Christi cōuocatæ, mādamus omnibus Prouinciæ nostræ incolis, qui Christiano nomine cēsentur, ut corporis & sanguinis Christi veritatem sub vna sacramenti specie percepisse contenti, vinculum pacis cum gratiarum actione seruent.

**¶ Ut sacerdotes ab hereticis reverentes, non statim inu-**  
**lent ministerii Ecclesiæ.**

C Aueant autem sacerdotes sive Religiosi sive seculares, se ministeriis diuinis statim ingerere, & sacrificare, aut Sacramenta populo administrare, etiam si maximè id nō more hereticorum, aut schismaticorum, sed secundum Ecclesiæ Catholicæ ritu facere velit, priusquam sint absoluti, Ecclesiæ recōciliati, & officiis ac ministeriis suis, irregularitate sublata, restituti: ne dānationē grauiorē incurrat, ppter irregularitatis impedimentū, quo tenetur per sacros Canones illaqueatis.

**Venire sive proposita errantes omnes ad Ecclesiæ catholicam revocando.**

N E verò pœnaruū severitate proposita, reuerti ad Ecclesiæ ab heresi cupientes, auertamus & retropellamus, & non potius etiam duros & obstinatos veniē blandimenti emolliamus, atque ad pudorem & resipiscientiam inuitemus: In omnibus cuiuscunq; sine status, gradus aut conditionis, ad mentem cum filio prodigo redeuntibus, resipiscientibus, atque ad Ecclesiæ patris sui domum, vnde aufugerant, ab heresim & schismatum lenociniis cupiētibus reuerti Ecclesiæ valvas, quantum in nobis est, aperimus, & facilem ignorantiam pollicemur: Requiremusque reuerend. confrates nostros suffraganeos Episcopos, vt animo voluētes, boni pastoris officium esse, non imperare cum austerritate & poten-

tia, sed infirmas oves consolidare, ægrotas sanare, confractas alligare, perditas per deserta quærcere, atq; in humeris reportare: Patris itē boni officiū esse prodigo filio à longe reuerēti venia propositio e occurre: studeant etiam ipsi errates ad respicentia, & Ecclesiā reuocare. Omnibus verò Prælatis, Abbatibus, Prioribus, Guardianis, & Monasteriorū viri que sexus superioribus mandamus vt pœnitentia ductos suos subditos, & vltro reuertentes veniāq; petentes, & emēdationem pollicentes, paternē recipiant ad pœnitentiam tolerabilem: quam emēdatione corū perspecti, sensim minuant, vt sanant, non interimat suas oves. Quid si fortè casus sit, vt in monasteriū & locum propriū absq; scandalo recipi pœnitentes nequeāt, curēt eos in alio ciudē ordinis monasterio, secundum Iuris canonici dispositionē recipi: Nec eos tantum qui intra Diœceseos nostra pomeria cōtinētur, cogi volumus, vt huic numeri suo satissimāt, sed oēs vbique locorū per totam Provinciam. Proinde requitimus & monemus Reuerendos confratres nostros suffraganeos comprouinciales Episcopos, vt ad eundem modum, & ipsi suarum Diœcesium Prælatos requirant & cogant, respicentes, ac vltro redeuntes, benigne ad modum prædictum recipere.

**Q**uid si qui apostatae & ordinis sui desertores, fascino diabolico & vitiorum amore excæcati atque illaqueati, non patientur se inuitari ad vitā emendationem, aut ad Ecclesiā finum benigne adduci, eos decernimus, post spretam benevolentiam nostram paternam vi cogendos, per Dei ministros illos qui gladium tenent ad vindictam malorum, & laudem bonorum vt intrare vel inuiti compellantur, qui sponte reuerti nolebant. Idcirco Confilij totius nomine per autoritatem Domini nostri Iesu Christi, qui nos vocavit, & cuius causam agimus, requirimus Christianos Principes, Magistratus seculares, & quotquot potestatem coercendi malos habent omnes, vt suo ministerio ad laudem Dei, & Ecclesiæ, cuius sunt filii, salutē perfungentes, obstinatos apostatas, monachos & sanctimoniales in suis fôrdibus, & rebellione hæretes, seductores quoque fidelis populi, eis indicatos, potentia manu capiant, tradantque suis superioribus aut monasteriis, pœnitentiae seueriori, salutari tamen, submittendos.

**¶ De Apostatis qui sub praetextu dispensationum apostolicarum, vota religionisque sue instituta defuerunt.**

Postatax quidam extra Monasteria sua degunt, superioribus rebellles, & ad rebellionem alios sollicitantes: tanto nocentiores in Ecclesia quanto hostis domesticus externo pernitiiosor est: qui nequitiam suam velant dispensationum apostolicarum praetextu, quas plerunque vel in Curia, vel à Pœnitentiariis summi Pontificis aut Legatis & Nunciis Apostolicis, surrepitit, vel allegatione causarum falsarum impentrant. Et si causæ Iuri innixa Bullis obtentis interferantur, tales tamen petunt sibi dari, atque ipetrant earum examinatores & iudices, summo Pôfici, Legatis, Nunciis, & dispensatoribus ignotos, qui neque causas allegatas examinent, nec partibus legitime vocatis de earum veritate iuirant: sed sim pliciter eorum libidini patrocinentur: aut si dantur iudices incorrupti & probitatis amantes, iis Bullas suas non exhibent cognoscendas: & nihilominus secum dispensarum esse iacent, vtnturque dispensationibus obtentis, haud aliter quā si causas illas legitime verificassent, vnde non infrequenter plus malorum & scandalorum, quam à notoriis apostatis accipitur: nostrum verò non est sustinere in Ecclesia tantam i-posturam, tamquam licentiosam vororum violationem. Proinde statuimus & ordinamus, vt qui dispensationes tales obtinuerunt, in habitu & obedientia suæ religionis, quam professi sunt, coram nobis aut reuerendis Comprouincialibus nostris Coepiscopis, compareant, atque ita dispelationes suas exhibeant examinandas, & vocatis eorum superioribus, ac quorum intererit discutiendas: aut si iam habitum temere & absque prævia bullarum examinatione deposituerunt, cum reassumant, & eousque in monasterio, ac sub obedientia se cōtineant, donec dispensationibus nobis ad examinandū oblatis, inueniantur, non etiam summum Pontificem & eius legatos, vel alios dispensatores fefellisse, aut sinistre aliquid ipstrasse. Quid si dispensationibus obtentis, aliter atque iam statutum est in voluerint vti, eos pro notoriis apostatis habendos vitandos à Magistratu capiendo, & superioribus cum rebus omnibus quas habent, expensis tamen Monasteriorum trædendos, ad eundem omnino modum, quo de apostatis iam decretum & statutum est, totius Concilij sententia decernimus & approbamus.

**¶** Ut qui habent administrationem bonorum Ecclesiasticorum vel officia, reddant rationem.

**A**ccepimus i quibusdam Collegiis Thesaurariorum fabriæ præfectoros, & alios rerum administratores, vel officia spiritualia habentes, raro aut nunquam dare administrationem suarum ratione, non sine suspitione infidelitatis, cui permagna datur occasio, vnde res ecclesiistarum diffundunt, & qua à maiori bus ad ordinatum ecclesiistarum magnis studiis cōgesta sunt, negligentia & fraude posteritatis turpiter dilabuntur. Idcirco statuimus & ordinamus, vt Collegiorum & Monasteriorum officiarij, quibus status administrandorum & disensem- dorum bonorum Ecclesiasticorum committitur, iure iurando promittant, se velle ea fideliter conseruare, tractare & ministrare, ac quotiescumque petuntur dare rationem, & ea quæ rationes consulari debent. Diem autem certum computandi Decanus & Capitulum eis præfigant, sub pena suspensionis ab officio, & emolumentorum perceptione. Ad hæc ordinamus, ne facile vbi sunt idoneæ personæ, vni plura quam vnum officia committatur, nisi sint natura connexa, aut personæ paucæ, vt valeat vniuersus industria tanta, vt pluribus sufficeret poscit. Statuimus quoque, vt iuxta Constitutionem fælicis memorie Vuigboldi Archiepiscopi, antecessoris nostri, laici prouisores parochialium Ecclesiistarum, qui pro conseruatione ædificiorum, luminarium, & comparatione ornamenti um, istituantur, nihil ordinent vel disponant, absque consilio sui plebani, cui bis ī anno teneantur reddere rationem, vt si quid inordinate egerint, proutilitate, Ecclesiistarum, prout secundum Deum & conscientias suas videbitur expedire, corrigatur, atque reformatetur.

**¶** Ut campanarii seu custodes religiose officia sua exequantur. **D**Elatum quoque ad synodum est, campanarios, seu custodes quodam, quos alij matricularios vocant, tam parochialium, quam collegiarum Ecclesiistarum qui pallas, mappas, vestes sacras sordide & irreuerenter seruant, peraguntque ministeria sua prolixis barbis horridi, ac nulla religionis veste à plebeis discreti: Statuimus igitur ne liceat componariis seu matriculariis nutrire barbam, aut in veste laica in ecclesiis circumscriptate, sed ministeria sua in superpelliceis exhibeant, linteaque Ecclesiæ & Sacrarij, vt mūda sint, diligenter asseruent. De eorum verbo lotione, quæ pertinent ad vsum

sacrorum, illos admoneant sedulo, quibus hæc cura incumbit qui talium ablationem fieri procureret per eos, quibus hoc per canones licet: sub pena suspensionis ob officio & emolumentalis, donec pareant.

**¶** De benedictione fontis & parvulis tempore paschali baptizandi.

Noleuit grauis abusus in Collegiis quibusdam, qui tempore paschalis offici aquam omnibus baptismi ceremoniis be nedicunt, quam postea effundunt: Statiuimus properea, vt nullū fonte seu aquā, Collegia post hac consecrent, cuius nullus est v̄sus, sed cæmoniis & benedictionibus vntantur, apud illum fontem Parochie suę, quem ita Collegij septa, aut in proxima vicinia habent. Et vt orationes & cæmoniæ solenes, quæ tempore paschali, & Pentecostes, baptismo adhibentur, habeant res eis respondentes: Statiuimus vt pastores & cōcionatores adhortentur populum, vt parvulos natos instantे festo Paschæ, seruent baptizandos in vigiliam Paschæ, & natos festo Pentecostes instantē ad festum Pentecostes usque seruentur: si tamen nullum immineat vita periculum.

**¶** Vbi & quibus horis debeat parvuli baptizari.

**D**eteftanda est non minus laicorum superbia, quam Pasto- rum eis obsequantium adulatio: qui contempta Ecclesia pioles suas volūt ī suis domibus baptizari, & eo baptismi aquam deferri. Quem abusum prorsus rescindere volētes, statuimus, neminem alibi quām in Ecclesia, quoconque loco natus sit, debere baptizari, exceptis Regum filiis, &c. quibus valeat secundum Concilium Viennense deferri. Pastores vero, qui fecerint ab officio suspendimus, donec absoluti- nem à nobis obtineant. Similiter multos abusus & levitatem, quæ passim apud dignissimum illud sacramentum admittuntur, amputare cupientes, prohibemus parvulos tempore po- meridianō baptizari, sed quando jeuniū & sobrium sunt homines, & ad restantas attenti. Si vero paucā sint in ciuitate aliqua Baptisteria, & multi baptizandi, poterunt residui, qui apud sacram matutinale baptizari commode non poterant, tempore pomeridianō baptizari. Et si adsit digna populi fre-quentia, Pastor eos de baptismi mysteriis doceat præsertim, vt cogitant quanta sit Dei misericordia peccata ablentis, & nos in suos filios adoptantis. Præterea vetamus, ethni- corum more, ab hoc sacramento magna coniuia instruere, epula-

ri, & ebrietate (vt paſſim homines parum Christiani faciunt) omnia misere.

**¶ Quod non liceat religiosis fuscipere in fonte baptizatos, aut nuptiis interesse.**

**Q**Vanuis religiosis omnibus interdictum sacris Canonibus sit, ne paruulos in baptismō ſufcipiant, aut nuptiarum conuiuiis iterfint paſſim tamen hi Canones negliguntur, & Religiosi ad paruolorum fufceptionem & nuptias iuitantur, vnde ſuspecta plerunque naſcitur & alitur familiaritas, & aculei nonnunquam in pectoribus relinquentur: qui vt forte vbi arcta eſt cognatio, vel ſenectus emortua defint, tamen nocet exemplum junioribus propositum. Idcirco Abbatibus, Prioribus, & Religiosis quibuscumque, fufceptionem paruolorum in baptismō, & nuptiarum conuiua planè interdicimus, quantauis neceſitudinem vel paruulis vel deſponsatis iungantur. Contrarium facientes, pro transgressionē & scandalo dato ſeuera pœnitentia decernimus caſtigandos.

**¶ Comœdias quatenus liceat in Monasteriis ludere.**

**P**Ercipimus Coemendarum actores quodſā, ſcena & theatri non contentos, tranſire etiam ad Monasteria monialium, vbi geſtibus prophaniſ, amatoriis, & ſecularibus cōmoueant virginibus voluptatem. Quæ ſpectacula, etiam ſi de rebus ſacris & piis exhiberentur, parum tamen, boni, mali veſtīo plurimum relinque in ſanctimonialium mentibus poſſunt, geſtus externos, ſpectabitibus & mirantibus, ceterum verba non intelligentibus. Ideo vetamus & prohibemus poſt hac vel Comœdias admitti in virginum monasteria, vel virgines Comœdias ſpectare.

**¶ Abuſus populi in audiendis Missis quomodo coercendus.**

**A**Nimaduertentes populum & rudem ſimplicem, religio- nis antiquæ & veræ ignarum, actiones, pro nullas in Miſſa ſacrificio, præter hofitiæ ſacrolanctæ oblationem obſeruare: & hic abuſum natum ī ciuitatibus vbi multæ celebraant miſſa, vt ab altari ad altare diſcurant, nulli ſacrificio plene ienti. In oppidis verò & pagis ecclimerita circumambulent, & de rebus nonnunquam prophaniſ traſtent, donec detinatur ad hofitiæ elevationem ſignum, qua veſtē longinquo con ſpecta ac ſalutata, putet ſe hominis Christiani officio abunde perfūtos. E ſalute fore populi fidelis exiſtimauim⁹, ſi hoc vivum

tium gladio ſpiritus exſcinderet. Idcirco Paſtoribus & verbi diuini concionatoribus omnibus iniungimus ac manda- mus, vt vbi irreligiosus hic abuſus irrepit, frequenter doceat populum de tremendis atque adorandis miſſa mysteriis, iuxta ſanctorum patrum doctrinam, & ea quæ in declaratione Caſarea Maieſt, de miſſa traduntur: & quod Christianorum ſit integro Sacro auſculare, quo particeps fiant confessionis, quam ſacerdos pro tota plebe facit, & omnium orationū, & benedictionis qua eos dimittit.

Et ſi quidē peccat ea ī re tota, vt alicubi fit, rufſica communi- nitas, cenſemus Præficiū loci requirendū, vt abuſum talem coerceat ac prohibeat. Qui ſi forte hoc facere recuſet, prohibemus omnibus Paſtoribus, Vicecuratis, & animarum cura- toribus quibuscumque, nequis cum absoluat, aut ad Sacra- torum perceptionem admittat, niſi certa fide pollicetur, ſe velle regulis iſiſ ecclieſticiſ obtēperare. Si verò paucorum iſtud vitium eſt, & moniti non emēdent, cera, vel rebus aliis ad Eccleſiæ ornatum, vel pauperum ſubuentiōne pertinen- tibus, pro arbitrio Paſtoris & edilium mulctentur.

Et ne cui defint pietatis ſub Miſſa exercititia, dabimus piis quibusdam & eruditis viris negotium conſribendi diuino huic officio congruentes meditationes & orationes, pro populi ſimplicis captu, quas vel ipſiſter legētes ita ſe reuoluāt, vel e Parochi frequenti iuſtitutione addiſcant.

**¶ Quando & vbi, conueniat ſimul plures Miſſas dicere.**

**M**Entem ſequentes formulae, ad quam Reformatio iuenda erat, Ordinamus, vt in Eccleſiis Parochialibus, ad quas potiſſimum confluere ſolet populus in vnum colle-etus, & in minoribus Collegiis ac Monasteriis, ſacerdotes, quibus dicenda ſunt Miſſæ ſpeciales, eas finiant ante ſolen- niis miſſe euangeliū, aut ad ſummu[m] ante actionem, aut ab eius communione facta incipiāt, ne populus in diuerſa diſtrahatur. Vbi verò ampliæ ſunt Monasteriorum vel Collegiorum Eccleſiæ, ſic in Oratoria diſtinctæ, vt in locis diuerſis diuersus accipiant populus, nec poſſint vni miſſæ cōmodè omnes eſſe ienti, poterunt ſingulis populorum tur- mis ſingulæ miſſæ celebrari, quibus vnuſquisque populus ſit intentus: ſub Conciōne autem, nulli ſacerdotum liceat in Eccleſia illa miſſam celebrare.

**¶ De oblationibus in Missa faciendis.**

**V**aria fuerunt olim in lege veteri sacrificia & oblationes, Christi perfectum sacrificium præfigurantes, quas vñca Christi hostia in crucis arca consummavit, semetipsum pronobis offerens. Hæc est hostia sempiterna, quam eandem in Missa sacerdos eorum omnium nomine, qui Christum propter oblatum cupiunt, offert ac sistit ante patrem. Fuerunt & alii Primitiarū, Decimarum & liberalium votorum oblationes, quibus in Ecclesia, præter sacrificia spiritualia, mastationes vitiorum, gratiarum actionis, laudis & seruitutis, quæ diuinæ maiestati deberunt, successerunt etiam rerum temporalium ad usum ministerij necessariū oblationes, quas olim in primitiua Ecclesia magnis studiis offerebant in Missa, quo suffragiis eiusdemodi sacerdotes & Ecclesiæ ministros sustentarent. Vnde adeo locupletata sunt initio Ecclesiarum res etiæ persequutionis tempore, tanta copia, ut post sacerdotum & ministrorum alimenta, partiti sint eas etiam in alimenta viduarum, orphanorum & pauperum: i vestes item & vasa ministerij, ornatum & fabricam Ecclesiarum: de quibus extant adhuc antiqui Patrum canones, extant quoque orationes, quas Secretas appellamus, sub Offertorio Missæ, quibus oblationes populi Deo commendatur. Qui mos offerendi semper fuit in populo fidelis retentus ad nouissima vsque ista secula. Verum res tam altae originis & ratione tam sancta subinxerat propè abire coepit i desuetudinem, hominibus piis causam & originem offerendi, ad altare ignorantibus, & impensis cupiditate sacerdotum usum illum introductum caluniosè afferentibus. Quamobrem diuinæ verbi concionatoribus, illis præsertim, qui de oblationibus populi non participant, ad cupiditatis speciem tollendam, præcipimus, ut populo veritatem rei istius & utilitatem exponant, hortenturque omnino sequi maiorum studia, ut vel exigui munusculi oblatione, suam pro rebus à Deo acceptis ostendant gratitudinem, quo etiam preces illæ i eos conquadrent: inculcentque eis, quod Deus non tam ad dona, quam ad voluntatem & mentem piorum respiciat, quoniam locupletes & diuites conuenit esse liberaliores, quo gratitudinis signum de se ampliores prebeant, & testentur, sed deo ad dei honorem & cultum habere, qui quid habent.

**¶ De oblationibus pro defunctis & exequiis poposis prohibitis.**

Cum

**C**um mortuus sit Christus pro viuis & defunctis, offeretur etiam in Missa, non tantum pro viuis verum etiam pro defunctis. Quod rudes, & Sadducæi crassiores homines ignorantes, neque orant, neque sacrificium expetunt, aut excepta aut iusta pro parentibus, liberis, cognatis, & amicis perfoluunt: nō aliter sancti, quam si cum corporibus simul & anima extinguenterentur. Mandamus idcirco, ut verbi diuini Concionatores populum hac de re diligenter ac piè informent & doceant, ne animæ amicorum in Christo defunctorum, suffragiis orationum & oblationis Christi fraudentur. Qui modus semper fuit retentus in Ecclesia, atque etiam ante Christum apud Iudeos celebris. Neque enim ex vno Machabæi factò concluditur, sanctum esse pro defunctis orare, & sacrificium offerre, ut à peccatis soluantur, sed quoniam ita pijs & de vera fide iustificati Iudei, absque hesitatione credebant: verum non probamus propterea pomposos & sumptuosos apparatus supra hominis conditionem, qui valent ad ostentationem potius opum quam ut defuncto suffragentur. Improbamus comeditiones & ebrietates quibus post exequias quidam indulgent, quasi mortuorum amicorum memoria memoriam vino abluerent velint, vbi potius eadem via sequendum esse cogitare debent.

**¶ De processionibus in quibus sacra Hostia cum Imaginibus patres sanctorum circumfertur.**

dant &amp;

**N**ihil prope tam sanctum est, quod secularium hominum alias Processione vanitas nō trahat in abusum: Ecclesia de thesauro Corporis Christi exultans, circumfert longis Processionibus, rationes, etiam extra sacras ædes Hostiam illam salutarem, videlicet quarum simul representans itineris Christi historiam, qui dum quæ- precipua reret salutem nostram in medio populi versatus est, & vniuersitatem fideles sam Iudeam circumambulauit docens & ægrotos sanandas, quando scipulis comitantibus: quamobrem & sanctorum reliquias & prelata imagines corum, qui vestigia eius secuti sunt simul circumferuntur, ad crucem pœnitus: Significantes illos cui ipso regnare, & triumphare in cœlis. Quæ memoria debet piis esse iucunda & læta. Verum hoc secundum ecclesiam secularis stultorū hominum vanitas irrepsit, & adhibetur etiam ad eam ludi prophani & scurriles, magno strepitu, ac quasi ad bellum reuertuntur, rebus istis non congruentia, quibus populus delectatus, à neri imribus quæ processione agitur, auocatur. Mandamus idcirco, tationis.

dd

*Christi*, vt iuxta Cæf. Maiestatis reformationem, quicquid non valet qui defūt ad deuotionē excitandam à processionibus remouetur? Sed *mo cælo* sint processiones cōpositæ, graues & modestæ, absunt risus, iō egressus ī ci, & confabulationes, & orent homines, aut suauiter corde mūdum, & voce modulentur: nec beatæ Virginis aut alterius cuiuslibet crucis Sæcti, plures quam imago vna vniuersitati, circūferetur, regressus est in gior- ne videamus magnas & paruas, cultas & incultas statuas inspi- riam pa- cere, & nō sursum mēte in cœlum subducta, rem significatam tris, iux- potius cogitare. At vbi populus vanus noluerit abusum hunc ta illud corrigere, & insolentiā prohibere, Mandamus & præcipimus faceroribus & clero, ne talibus processionibus intersint, vbi quod in iram Dei non vero misericordiam in nos prouocamus. *peregrini*

*specie ipse* *De stationibus & supplicationibus.*  
Q Vantum in processionibus festiui peccat turba popu- li, tātum in stationibus & supplicationibus solet cleru- *Emaus* peccare, & populum deuotum nudis interdum plātis & capi- ait: Nōne tibus incidentē, sua insolentia, confabulationibus, cachiñis, oportuit incōpositis moribus & discursibus scandalizare. Præcipimus Christum idcirco, vt in omnibus cuiuscunque generis processionibus, pati, & clerus exemplis bonis populum xđificet, & aut oret, aut can- ita itra- tet, cum grauitate per plateas incedes, nec dilabantur ad ten- re in glo- tacula, nec in Ecclesiis, dum sacrum in stationibus peragitur, riā suā. deambulent, aut cōfabulent, sed choro omnes intersint, ha- beantque singuli decani & seniores ad iuniores respectū pa- niantur transgresores pœnis quas Decanus iniungit.

*Vt distributionum non sint participes qui officiis integris non interfuerint.*

*N*On minori populi scandalo Clerici quidam quādo sunt pingues distributiones. Chorum ad breue tātummodo tempus, quo sui præsentiam testentur, ingrediuntur, nec officium totum persoluant, sed cōtinuo egreſi chorū, aut obam bulant in Ecclesia vel eius immunitate, aut ad aliam in qua simili beneficī habet caeleri transiū se proripiunt, vbi similiter testentur se, fuisse præfentes: quo duarum Ecclesiā distributiones pro eodem officio integras percipient, cum in nulla ecclesia officium integrū persoluerint, manifesto indicio se pecunia, nō Christo aut Ecclesiæ seruire, vt ter peccet: primum cupiditate, deinde cultus diuini negligentia, tertio exemplo prauo, quo populum scandalizant, vt transgressionē Canonum prætereamus. Etenim in Concilio Chalcedonensi statuerunt Patres, ne quis clericus in duabus ecclesiis inscri-

beretur aut ministraret, nec communicaret prioris ecclesiæ rebus, qui ad secundam transiret. Quamobrem statuimus, vt illi soli qui horis diuinis aut defunctorū exequiis seu memoriis à principio ad finem vsque intersunt, idq; in habitu qualem tēporis & personæ conditio requirit, distributiones percipliant, nisi iusta causa sit, quare ante officium finitum discedant aut tardius ipsum accedant. Nolumus tamen hac consti- tutione priuilegio Prælatorum derogatum.

*¶ De processionibus ruralibus.*

*D*ecanis ruralibus committimus, vt ruri vbi maior est abusus per suas regiūculas pastores adhortentur vt ad prædictum modum suas processiones instituant, nec vagi & incompositi per agros discurrant, & præsertim rogationum tempore, quando Deum pro misericordia & frugum conseruatione imploramus, transgredientes pastores aut ipsi in Syndicis suis corrigan, aut visitatoribus nostris indicent.

*¶ Ut pastores rurales Decanis suis obediāt.*

*Q*vod p̄cipit Apostolus, omnes Præpositis suis, quorū est vigilare, p̄ animabus corū ad reddendā Deo rationem obediāt atq; subiaceat, intelligat pastores rurales, nō ad laicā modo turbā, sed etiā ad se pertinere, qui debent Decanis suis in lictis & honestis omnib⁹ reuerēter auscultare & parere, & xqu⁹ est, vt obediāt quā ab inferioribus suis tanquā Chri- sti vicarij exigū, superioribus exhibeāt. Præcipimus ob id, vt visitatores de obediātia, quā mauult Deus quām sacrificiū, potissimum inquirant, nec sinant inobedientiam impunitā.

*¶ Ne magistratus Seculares Decanis & Pastoribus in offi- ciorum suorum executione sint impedimento.*

*A*cepimus Magistratus seculares quosdā & Principum præfectos, munera ecclesiastica inuadere, ac tyrānidem in Christi sacerdotes & clerus exercere, cogere pastores vt præter Ecclesiæ catholice consuetudinem, subditos sub dupli specie communicent, & cæmonias piē institutas abrogent, Quos schismatics, atque cum Chorē, Dathan & Abiron, quos terra deglutiuit, æternæ maledictionis obnoxios esse, è sacra scriptura discimus. Alios quosdā accepimus impedire Decanos rurales, quo minus possint officia & iurisdictionē suā exercere, synodos liberè celebrare, & excessus corrigere, sed iudicium hoc vendicare sibi, qui & ipsi intelli- ggant le excommunicationē à iure & canonibus latam, incur- dd ij

rere: Quosex communicatos totius Concilij authoritate) vbi præmoniti non abstinuerint) pronunciamus & declaramus. Volumus quoque vt visitatores tales ecclesiastice disciplinæ, ac libertatis violatores atque oppressores, ad nos pro vltiori eorum persecutione perferant, quos si nostræ ditionis fuerint, pro malis meritis plectemus: si alterius eorum Principibus, aut Cæsareæ Maiestati plectendos denunciabimus.

**¶ Ne Magistratus seculares onerent domos religiosorum, & eorum personas seruitus secularibus.**

**P**ruenit ad sacrum Concilium, perfectos quosdam in religiolarum fororum domos irruiisse, & fractis per vim foribus occupasse, atque in granaria sua conuertisse eam officinas, quinetiam religiosas ipsas forores magna seruitute opprimere, compellere frequentius monasteriis suis egredi in arcem vbi eas domesticis suis seruitiis grauenit. Quam indigitatem sacri canones grauissimis censuris damnant, nec dissimulare absque magno reatu nos possumus. Proinde hortales vbi res ita aguntur, cum toto Concilio, pronuntiamus anathema violata immunitatis ecclesiasticae incurrisse. Committimusque Visitatoribus nostris, vt de facti enormitate inquireant, quo de remedio vltiori possimus cogitare.

**¶ Ne coloni Ecclesiarum seruitus indebiti grauentur.**

**A**d hæc præcipimus & mandamus vniuersis Magistratibus & Praefectis fidelibus, ne contra iuris dispositionem, Ecclesiarii colono, seruitiis & impositionib⁹ grauet, sed iuxta Cas. M. Reformationē, sacros canones, & Imperatorū leges, libertatē, priuilegia, & immunitates Ecclesiasticas conferuerit eis libatas: si anathema & animæ damnationem velint cucire.

**¶ Ne iudices seculares clerum judicialibus impensis ultra equitatem grauentur.**

**P**erlatum est in Concilium, seculares quosdā iudices, prauo & nusquam gentium auditio exemplo, ab annis paucis introducti, exigere à clero, si quando clericus vel religiosus ratione bonorum ecclesiasticorum, vel alii de causis laicis in suo foro conuenit, impensis duplicates, vt vbi laici astores vel rei dant simplum, clerici & religiosi (si velint iustitiam sibi administrari) duplum soluere cogantur. Quod profecto iniquū est grauamen, & tam rationi rectæ quam legibus Imperatorū, & sacris canonibus, grauamina à clero depellentibus, aduersum. Proinde statuimus & ordinamus, ne liceat vlijs Iudici-

Iudicibus vel Scabinis, quicunque illi sint, clericos & religiosos impensis maioribus quam laicos grauare, aut ad dupli solutionem eos quoquæ prætextu cogere, vbi in causa simili dat laicus simplum, sub censuris contra eos qui exactionibus & oneribus clerorum grauant decretis.

**¶ Ne clandestina coniugia contrahantur & tolerentur.**

**S**æpius experti quāta mala ex clædestinis coniugiis oriantur, qualia sunt periuria, stupra virginū, adulteria, homicidia, parentū amicorū offenses, exhortationes, vt prætercamus ea que Cæsa. M. Reformatio p̄ & christianæ cōmemorat, Decreuiimus & statuimus, vt clædestine cōtrahentibus tantis per sacramēta negetur, donec ab excommunicatione à Iudece cōpetente absoluatur, atque ita in facie Ecclesiæ sacramēti solēnia celebrēt. Idem statuimus de incolis & aduenis illis. de quibus suspicio est eos in facie ecclesiæ non esse coniuctos: qui aut matrimonij solēnes ritus in Ecclesia celebrēt, aut alibi id se fecisse idoneis testimonii probet. Dū verò huius gratia ad ecclesiā cōuenit, & qui iungitūr benedictione sacerdotali se submittit, absit omnis leuita & iocus secularis, sed cū Dei timore cogitent quale sit vinculum quo colligantur, & quod Deus sit qui eos cōiungat, vt discat in Christo nubere, cuius gratia & dono thoros immaculatus datur & cōseruatur.

**¶ Quod matrimonium debeat procedere tria proclamatione, & nemo nisi à Pastore ad quem hoc pertinet, coniungi.**

**F**it s̄xp̄, vt dum Pastor alter alterius ouile inuadens, copulat virū & foeminam sibi non subditos, absque Episcopi licentia, vt vnu fiat duarum maritus, & contra vna multorū vxor. Ideo sub penis & censuris canonicis, statutis & ordinamus, vt nemo parochus vel Presbyter austi sibi non subditos copulare, nisi sit alter alterutrius parochus proprius & pastoris alterius dimissorias literas accepit, nec nisi in vtriusque parochia, tria proclamationes tribus diebus festis à se inuicem distantibus, ad populi frequentiam, præcesserint.

**¶ Quod non debeat sponsus & sponsa coniungi, nisi in ecclesia tempore ab ecclesia non interdicto.**

**S**uperbiat eorum qui Ecclesiæ Dei contemnunt, reprehēre volentes, Mandamus & præcipimus vniuersis parochis & presbyteris, ne quis alibi, quam in Ecclesia publicè post missam auditam iungendos matrimonio copulet, nec alio tempore quam iura permittant, sub pena suspēsionis ab

Tertull.  
lib.2.

officio, quām sacerdotes mandatum hoc prætergredientes incurrāt: nec volumus per officiales nostros, cum quoquis, nisi ex causis grauissimis, & vrgēte magna necessitate, dispensari.

**¶ De communione & confessione sacramentali.**

**P**erlatum est in Concilium multos reperiri atheos homines, qui sacram cōmunionem ab annis aliquot à suo parocho non percepérunt, quos verisimile est vel non cōmunicasse, vel alibi clanculum apud schismaticos communicare. Quosdam etiam adire sacram Synaxim, de quibus non constet utrū sint confessi peccata sua, absoluti, an secus. Statuum idcirco, vt quicunque Christiano nomine volunt censerit, semel ut minimum in anno accipiant à suo Parocho sacram cōmunionem, secundūn Catholicae ecclesiae ritum, sub una tantum specie. Et vel eidem prius confiteantur, vel si de eorum confessione probabilis est dubitatio, testimonium adferant, quod alibi sint confessi & absoluti. Alioqui viueentes ab inglesi Ecclesiae arceatūr, & mortui, ecclesiastica careant sepultura.

**¶ Ne fratres quatuor ordinum audiendis confessionibus  
se intramittant, nisi sint presentati.**

**E**xploratum habemus quosdam è fratribus quatuor ordinum mendicantium iuuenes, imperitos, & inexpertos sacerdotes, fiducia priuilegiorum suorum audire paſsim cōfessiones, & quoslibet paſsim absque iudicio & discrecioне caſuum, quam nullam nouerūt, absoluere: Cui periculo obvia-  
re volentes, præcipimus, ne quis fratum ordinum mendicantium, confessiones audire præsumat, nisi legitimè & secundū formam iuris, nobis vel Comprouincialibus Episcopis pre-  
sentatus, & de istis que ad officium illud pertinent, probè in-  
formatus sit, & iudicatus idoneus. Quod si Piores & Guar-  
diani nō compulerint suos fratres ad ordinationis huius ob-  
seruatiām, & dissimulauerint, tales nouerint se ab omni mini-  
sterio Ecclesiarum nostrarum cum suis fratribus submouen-  
dos. Ne verò habeant, quod de præsentatione querantur, has  
gratis, salua Scribarum moderata mercede, eis impariemur.

**¶ De pœnitentiariis Episcopaliis.**

**I**n super, vt cōscientiis scrupulosis cōsulatur, ac facilior pa-  
tent omnibus ad veniam & absolutionē peccatorū aditus,  
ordinamus nostros in hac diocesi pœnitentiarios, qui faculta-  
tē habeat sibi cōfessos ab omnibus casibus nobis de iure vel  
per statuta Synodalia reseruatis, in foro cōscientiis absolue-  
di.

In

In primis Reuerendum Cyrenensem, Episcopum, nostrum in pontificalibus vicarium. Deinde metropolitanæ Ecclesiæ nostræ presbyteros, Canonicos, Theologos, omnes quoque intraneos & extraneos collegiorum, & ruralium pastorū de-canos, & quatuor primarū parochialium Ecclesiarum in Colonia pastores: scilicet Martini, Columbae, Laurentij, & Albani: Piores quoque quatuor ordinum mendicantium, & præterea ex ordine Prædicatorum fratrē Georgiū de Tremonia, ex ordine Minoritarū fratrē Vuinādū ab Effren, Licent, theolo-giæ ex ordine Carmelitarū fratrē Vuilhelmu à Blatzhē: ex ordine Augustinensiū fratrē Héricū à Vuyerd. Præterea addimus in maiori nostra Ecclesia venerabilē Licentiatū theologiæ, Ioannē Lunē, Ioannē Lāb, decretorū doctore, Ioannē ab Heilsberg, theologiæ licentiatū, & Gotfridū Ditmarū ab Hagē.

**¶ De confessoribus sanctorum.**

**V**olentes cōsulere iſfirmati sanctimonialium, quas nonnū-  
quam pudor vel metus retinet à confessione libera quando ad vnu tantū patrē vel cōfessorē eis familiariter notū, alli-  
gantur. Vnde fit, vt sapè non integrè, sed vix vñquam liberè, conſcientiā sua exonerēt: & tamē ad sacrosanctā cōmunionē statutis téporib⁹ cū aliis accedat: Clemēter indulgem⁹ & cōce-dimus, vt sanctimonialib⁹ bis aut ter in anno fiat potestas, alij  
q̄ suo presbytero cōfitēdi, ab ordinario loci deputādo, nisi p̄-  
pius corū visitator aut cōmissarius huic rei prius p̄uidere-  
rit.


**¶ De contempnitibus sacram vñctionem.**

**R**elatum nobis in Cōcilio est, impios quosdam homines inſirmatis ſuę tempore vñctionem sacrā respulſe ac contempnisse, quomobrem statuimus vt si quis sacramentum illud nobis ab ap apostolo Iacobo tantopere commendatum contempnerit, ecclesiastica careat sepultura.

Est quoq; in obſeruatione dierū festorū multa varietas, de qua in proxima synodo noſtra diocesana ſtatuerimus. Ea verò qua hic conſtituta ſunt, iudicio sanctæ Sedis Apostolicæ, & Oecumenici cōciliij, vt oīa noſtra reuerēter ſubmittimus: nec p̄ ea ſacris Canonib⁹, Traditionib⁹ ecclesiasticis aut reliquis maiorū noſtrorū prouincialib⁹ & diocesaniſ ſyrodalib⁹ cōſti-tutionib⁹ vñlum⁹ derogatū: Potestatēq; p̄misſa oīa & ſingula interpretādi & declarandi, quoties opus fuerit, & viſum erit expedire, nobis reſeruamus. In cuius rei fidem & testimoniuſ ſigillū noſtrū præſentibus eſt appenſum. Datū in Metropoli-tana Ecclesia noſtra Colonien. 6. Aprilis. An. D. 1549.

**ACTA ET DECRETA  
SYNODI DIOECESANAE CO-  
loniensis, Anno Domini millesimo quingen-  
tesimo quadragesimo nono, secunda Octo-  
bris celebratæ.**

**REVERENDIS SIMVS IN CHRISTO**  
*Pater, & illuſtriss. princeps, & Dominus D. Adolphus, sancta Coloniensis ecclæſia Archiepiscopus, Princeps Elector, Vestphaliae & Angaria Dux, Legatisque natus, &c. Nobis sue Reverendissime Celsitudinis, hac in parte Commissariis, cum plena & libera potestate inſcripta peragendi constitutis, Missa ad nos sufficieti inſtructione, ſuo ſilo communita, in mandatis dedit, ut faciat huic Synodo Diocesanæ ad hunc dicim & horam ex more inditæ & congregata ſue Reverendissime Celsitudinis nomine interefſimus, & hec que ſequuntur, a Celsitudine ſua reverendissima maturò confilio deliberata, difinita, & Decreta proponamus, eaque proposita, & (ut par est) recepta ſimul cum ipſa Synodo executiōni debite mandemus.*



Nitio, ut ſacra Synodus intelligat, quibus ex cauſis Reuerendiss. ſua Celsitudo remorata fuerit & impedita, quo minus ſui prouin. Concilij, nuper ſe præſidente in hac ſua Metropolitanana Ecclæſia, ſuo Capitulo. & legatis ſuorum Provinciālium Episcoporum, neccnon prælatis & vniuerſo Clero ſua diocel. ſibi conſidentibus & aſſtentibus ſolea niter celebriati, Decreta & conſtitutiones, ſalubriter & effi- cacieſt haſtenſe exequi potuerit: exiſtimat ſane Celsitudo, ſacram Synodus bene meminisse, quomodo in ipſo prouinciali Concilio (cum iam ferè ad calcem illud perductum eſet) prudenter in medium id allarum, expenſum, atque ab omnibus probatum fuerit, neimpe quam plurimum referre, ſi Cels. memorata Decreta, licet iam communī aſſenſu vniuersi Concilij ſui Provin. piè & maturè conſtituta, inuictissimo tamen ac religiōſiſſimq; Imperatori, Karolo V.D. noſtro cle-

mentiſſ. veluti ex cuius Reformationis formula, statibus ecclæſiaſticis in comitiis Augustanis proximis proposita, & ab eiusdem recepta, fluxerunt: ac ſimil etiam Reuerendiss. domini Nunciis sanctiſſimi Domini noſtri Papæ, ſanctiſque ſedis Apoſtolica (a qua omnis ipsorum Decretorum viſ depen- det) peruidenda, & ſicubi videretur, emendanda & approbabda offerret quo illarum ambarum ſummarum poſteſtatū approbatione, & authoritate itērueniente, tanto fœlicius pro- dirent in publicum.

Hoc igitur ſalutare coiſlium Reuerendissimus Dominus noſter inſecutus, quām maximè ad ſe pertinere putauit, ne hæc authoritas ſuis Decretis prouincialibus, ſine qua forſan leuiorare reputaretur, deſſer. Sed cū eius adhibito, cum apud Reuerendissimos dominos nuncios, tum apud Caſfarcā Maieſtatem, ob innumera, eaque quammaxime ardua Sacri Imperij: & ſuorum regnorum & prouinciarū negotia, ſua Maieſtati incumbentia, & frequentem loci immutationem, in quartum vſque mēſem extraheretur, factum eft vt in memo- rata executione (quauis iam dudum valde deſiderata) nullus potuerit citius fieri progreſſus.

Cæterum, cum iam proximis diebus Reuerendissimus do- minus noſter, ex literis ad ſe, tum à Caſfare, tum à Reuerendissimis dominis Nuncis Apoſtolicæ ſedi perlatiſ, non ſine magna animi voluptate & exhilaratione acceperit, ſaþe me- morata ſui Provincialis Concilij Decreta, poſt corundem diligenter & maturam expenſionem, veluti diuinis scripturiſ & ſacris canonibus memoratique reformationi Auguſta- ne per omnia conſentanea, in totum eſſe accepta & approba- ta, ac præterea Caſfarem etiā motu proprio ſeruum mādatum decreuifſe, quo in vniuersum omoib; in vniuersa prouin- cia ſuā Reuerendissimā Celsitudinis degen- tibus, cuiuscun- que etiam dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis fuerint, nō ſine comiuatione incuſionis grauiſſimā indignationis ſuę ſi contrarium à quo quam factum fuerit, demandatur, vt hiſ Decretis reuerenter pareant, & exequiſt etiam eis ſe præ- beant promptos, alacres, & paratos, quemadmodum idem Caſfareum mandatum poſtea ad celsitudinem ſuam Reuerendissimam tranſiſſum, ſuſius continet quođ & huic ſacré Syno- do iamiam prælegetur. Profecto ſua celsitudo non diutius morandum rata, ſtatim eiusmodi Decreta cum Caſfarex

Maiestatis mandati profixione, & eis typis excudi, & in hac sua Synodo rursus publicari & distribui mandauit, vt ea publicatione via futura Visitationi, ad quam sua Celsitudo totum animo & conatu properat & festinat, per totam diocesim suam, quam primum omnino fieri poterit, peragendā praesteretur.

Et quidem rebus, Dei singulari fauore eo adductis, celsitudo sua Reuerendissimam maximè sane cupiuit, postpositis etiam, & à se relectis (quatenus omnino fieri potuisset) aliis quibuscunque & quamlibet grauibus negotiis, praesenti huic sacra Synodo personaliter interesset, vt super omnibus rebus ad executionem Decretorum, eiusmodi facientibus, & ad Visitationem preparatoriis, tanto maiori cum autoritate statueretur, & his quoq; legitimis finis imponeretur. Verū hęc meditante Reuerendissimam Celsitudinem suam, iam in Translitterana sua Diocesi constitutam, quædam inevitabilis necessitas, de improviso incidentis, sic obstrinxit & circumsperxit, impossibile ei fuerit (nisi tamen eam Diocesis sua partē grauissimè & irreparabili iacturę implicare voluisse) se ad hanc suam Synodum representare. Quamobrem sua celsitudo, hoc nobis ante omnia imposuit, quo absentia eius, apud vos omnes, ex causa eiusmodi necessitatis insuperabilis, excusatam faceremus. Idecirco à vobis omnibus diligenter ac impense petimus, quo ex curatione eiusmodi, vt per se iustissima est, haud gravat recipiatis. Nam & ne ob hanc suę celsitudinis absentiam quid in presentiarum à quoquam desideretur. Mandati nobis facti amplitudine abunde sarcitum est, vt prateremamus quod Celsitudo eius etiā pollicetur se hanc absentiam suam in Synodo hanc proximè sequitur, sua personali praesentia abunde repensuram.

Mandato igitur eius ad nos perlato satisfacti, principio in mediū exhibemus memoratae Cæsareae Maiestatis. Mandum in ipso autographo, seu (vt vulgo vocat) in suo Originali & autentica forma, v. à Cæsare ipso apprisiis digitis subscriptū & signillatū est, & publicè per astantē reuerendissimi dñi nostri Secretariū (quo in negotiis suis secretoribus quādam ximē vtitur) prælegi, & vobis simul cū Decretis Cœciliij Provincialis nuper licet in Prouinciali concilio prælectis, per corūdem iā impressorū exhibitionē, principiisque & finis re-

citationem & prælectionem, rursus publicati mandamus.

Requirentes, omnes & singulos i ciusmodi mādato generaliter vel specialiter nominatos, tam Ecclesiasticas quam secularis personas cuiuscunque etiam dignitatis, gradus, status & cōditionis fuerint, siue præsentes, siue absentes, quatenus eidem Mandato Cæsareae Mai. vii Ecclesia Catholice Summi Aduocati, & Religionis vniū Vindicis, ac Decretis Prouincialibus eo ipso Mandato roboratis & communis, humiliter & promptè pareatis, facturi & adimplenturi omnia quæ inibi facere iussi esitis, modo poenas i eodē Mādato, necnon in memorata Reformatione, & i ipsis Decretis Prouincialis Concilij, & sacris Canonibus comprehensa, cuitare velitis.

## ET EXHIBITVM O STEN-

*sum altaque voce prælectum & publicatum est mandatum istud autographū, & rursus publicata Decreta solenniter, vt moris est, per Secretarium memoratum in hac verba, Carolus &c. vti idem mandatum ad verbum Decretis concilii præfixum est.*

Nūc vltterius p̄gressuri ad Mādati nobis facti adiunctionē iubem⁹ per huius sacre Synodi Norariū recitari catalogū eorum omnium, qui ad Synodū hāc diocesanā de iurevel cōsuetudine, cōparere sunt obligati, vt leſt⁹ quisq; respōdeat se adesse.

*Et factum est & signati presentes, & notati absentes.*

Cōstituētes igitur nos, vobiscū, qui præsentes p̄ vestra debita & commendabili obedientia adelestis, hanc sacram synodum, ex speciali mādato Reuerendissimū Domini nostri, vos omnes & singulos, vobiscū subiectos, Priors, Canonicos, ecclesiastarū parochialiū rectores, vicarios, ac alias Ecclesiasticas personas, quas hęc res cōcernit, i dño monem⁹ & requirim⁹, vt qui cūque memoratę Reformationis Augustanę, veluti ad cuius executionē ipsa Decreta Synodi Prouincialis portissimū spectant, nondum exēplar assequutus est, illud sibi intra dies. 14.

procuret habere: sub pœna suspensionis ab officio & beneficio, ipso facto incurrenda. Cæterum prælati & decani Christianitatum, pro se & sibi subiectis, ipsa Decreta Cœcilij Provincialis recens impressa, ex singulari Reuerendissimi D. nostri munificentia, iam aut intra paucissim dies gratis accipient.

Secundo eodem nomine vos omnes & singulos abbates & prælatos Ecclesiæ, & in vestra absentia locum tenentes vestros in domino hortamur atque etiam monemus & requiri mus, vt in Capitulis vestris Ecclesiæ & Monasteriis, hæc ob rem indicere obstricti eritis, & obligati. Vos vero Decanos Christianitatum, vt in Capitulis, seu synodis vestris etiam proxini, de more indistis, præsentibus omnibus, qui adesse nentur personis, vobis subiectis, tam Reformationem Cœsarii memoratæ, quâm Decreta ista prouincialia ab articulo in articulū distincte relegatis, seu relegi & itelligibiliter prælegi cureris, & circa singulos articulos quatenus illis in vestris & vobis subiectis Ecclesiæ ab omnibus satisfias, diligenter ex ploretis & indagetis: & facta exploratione, quatenus adhuc illis à quoquā latè factū minus cōperiat, in hoc autoritate vobis hac ī parte impartiata, toti sitis, vt illis fiat satis, vt quæad illorū præscriptū ī vestris Ecclesiæ exigantur, & cōponatur omnia sub pœna memoratis, alioqui ipso facto incurrendis.

Cæterum, si quisquam ex vestro sodalitio, seu ex subiectis vobis. Horum decretorum, vel alicuius eorum (competenti monitione p̄missa) periculæ magis contemptor, quâm obsequiosus adimpleret esse (quod absit) velit ac perget, seu si à secularibus potestatibus ac aliis quibuscunque religionis Catholicæ, seu Cæsareæ maiestatis parvū obseruantib⁹, aliquod vobis circa executionem eiusmodi, impedimentum vel obstatum offeratur, quod vestra authoritate & opera amoliri nequeatis: Volumus, ac Reuerendissimi domini nostri ius tu vobis mādamus, vt quicquid eius erit, ordine & disticto, cum relatione, ad articulos Decretorum, quibus temere contraveniunt diligenter annoteris, ac intra hinc & festum Natalis dominii proximè futurum, omnes, quotquot estis, in primis Reuerendissimo domino nostro: deinde vos Decani Christianitatum singuli vestris etiam archidiaconis, scripto significetis & declareris: vt Reuerendissima sua celstudo cum archidiaconis, vestram impotentiam ea in parte compertam, adiuvent, aut si necessitas postulet ad Cæsarē, veluti summū Ex-

cutorum

autorem à se mandatorum, referat. Qua vestra significatione & hoc efficietis, vt Reuerendissimus dominus noster, cognitis morbis, tanto certius & præsentius remedium in visitatione, ad quam separat, adhibere opportune positis.

Quapropter & hoc nobis mandatū est, vt consilium vobiscū capiamus, quoniam potissimum tempore, post decursa festa Natalitiae Christi, p̄ximè futura, quā matutinè visitatio generalis per totā diœcesim institui & inchoari, & quo p̄gressu à loco ī locum continuari & peragi, quā cōmodissime possit.

Itidē, vt exploremus à vobis Decanis Christianitatum, quādō impossibile est visitatores per Reuerendissimum dominum nostrum deputandos, ad singulas ecclesiæ, & loca sacra ī hac amplissima diœcesi sita, proficiisci, neq; id vt fiat, res ipsa postulet: Quæ proïde loca ī singulis Decanatibus Christianitatum esse magis insignia, populosæ, & visitationis indigentia existimetis, quo ad ea rectores singularium ecclesiæ parochialium, cum vicariis & testibus Synodalibus, ex singulispachociis vocari queant, ad visitationem illic peragendam.

Volumus quoque, vt huius tū facienda conuocationis, omnes & singuli parochi suos parochianos, ē suggerito ī tēpore faciant, certiores, quo de eligendis idoneis Synodalib⁹ testibus dispicere, ipsiq; testes Synodales crimina, excessus, & defectus, diligenter exquirere, notare, & animo concipere possint: ne si imparati veniant, tam visitatores, quām se ipsos inutili mora per exactionem dilationis fatigent.

Denique in mandatis habemus, vt vobiscū super moderato numero euectionū, qui nulli Ecclesiæ (si tamē onera equaliter distribuantur) gravis esse queat, & procriptionis canonice debita exactione conferamus, & quo ad fieri potest conueniamus & concordemus: & vt vos Decani omnia nomina Rectorum ecclesiæ parochialium, in vestris decanatibus sitarum, nobis in scriptis detis, & qui canonice instituti sint, & qui minus, & quæ sit illorum vita, mores, & doctrina, & de vestris quoque institutionibus, nos certiores faciatis.

Qua de re hic Synodo peracta, digressi, ī domū capitularē vos recipere nobiscū velitis, super his & aliis quibusdā vobis proponendis, & ad executionē decretorū prouincialiū, plurimū faciētibus mētē Reuerendissimi D. N. à nobis audituri & vestrā nobis vi cīssim exposituri, ad celstudiū eiusreferēdā.

Quod ad reliqua attinet, quæ nobis iniuncta sunt, probē me-

minit Reuerendissimus dominus noster , multa inesse hisce Decretis, quæ vberiorem prouisionem requirant, multa quæ celstudo eius Capitulo & Comprouincialibus Episcopis, ac Clero suo in Prouinciali Concilio se daturam pollicita est. Sed quoniam perlustratio illa Decretorum à Cæsare & Nun ciis apostolicis facta, in multum tempus, vt præmititur protracta est, non potuit celstudo eius, eiusmodi rebus pollicitis & vberiorem prouisionem requiri, admovere citius manum, quām calculum decretis istis adhibitum esse, quod primum intra paucissimos dies factum est intellexisset.

Ergo quod celstudo eius in hac Synodo præstare non potuit, id totum ad Synodus, quæ hanc sequetur, feria secunda post Dominicam invocavit, anni sequentis, millesimi quingentesimi quinquagesimi, celebranda (cui quoque se personaliter inter futuram Dei beneficio sperat ac confidit) præstiteram & adimplerum repromittit.

Operæ premium tamen, vnum quiddam iter alia multa, quæ tunc expediti non potuerunt, ob diuersitatem celebrationis festorum quæ in hac diœcesi haec tenus non parum offensionis peperit tollendam, in hac præsenti Synodo statuendum esse decrevit, quæ festa per totum anni circulum singulis quibusque mensibus, tam à Clero quām à populo, ad Dei omnipotentis laudem posthac solenniter sint celebranda.

Igitur vestigiis suorum Prædecessorum, & præfertim quoniam bona memoria Domini Henrici archiepiscopi Coloniensis iherendo, habita etiam diligenter consideratione, quid super his in generalibus Conciliis, & iure cōmuni constitutum olim sit, & quid vniuersali ritu ecclësia catholica à pīs omnibus vbiuis obserueatur, autoritate sua Archiepiscopali vult, mandat, & ordinat, vt posthac per Ciuitatem & Diœcēsim Colonensem festa infra memorata sole nniter obseruentur & celebrentur.

*In mense Ianuario.*

Circuncisionis Domini.

Epiphaniæ.

B. Agnetis virg. & martyris.

Conuersioñis sancti Pauli.

*In Februario.*

Festum Purificationis B. Ma-

riæ virginis.

Cathedra S. Petri apostoli.

Sancti Matthiæ apostoli.

*In Martio.*

Annonciationis B. Mariæ virg.

*In Aprili.*

Sancti Georgii martyris.

*In Maio.*

Sanctorum Philippi & Iacobii Apostolorum.

Inventionis sanctæ crucis.

*In Iunio.*

Natiuitatis S. Ioannis Baptiste. Sæctorum Petri & Pauli apostolorum.

*In Julio.*

Visitationis beatæ Mariæ virginis.

Beatae Mariæ Magdalena.

Trästitutionis trium Regum, ī Ciuitate colonensi tantum.

Sancti Iacobi apostoli.

S. Panthaleonis, ī ciuitate Colon.

*In Augusto.*

Sancti Petri ad Vincula.

Sancti Laurentij martyris.

Assumptionis B. Mariæ virginis.

Sancti Bartholomœi apostoli.

Decollationis S. Ioannis Bapt.

*In Septembri.*

Natiuitatis Beatæ Mariæ virginis.

Exaltationis sanctæ Crucis.

Sæcti Matthiæ apostoli & Euæ gelistæ.

Dedicatioñis Maioris ecclesiæ Colonensis, ī die sanctorum Cosmæ & Damiani, in ciuit.

Colon. celebrandæ.

Sancti Michaëlis Archageli.

*In Octobri.*

Sancti Gereonis.

Sanctorum vndeclim milium Virginum.

S. Seuerini, ī ciuitate Coloni.

Sanctorum Simonis & Iudæ Apostolorum.

*In Novembri.*

Omnium Sanctorum.

Commemoracionis animarum, ante meridiem.

Sancti Martini Episcopi.

S. Cuniberti ī ciuita. Colon. Præsentationis B. Mariæ virginis.

B. Cecilia virg. in ciuita. Colonien.

B. Catharinæ virginis.

Sancti Andreæ apostoli.

*In Decembri.*

Sancti Nicolai Episcopi.

Conceptionis B. Mariæ virginis.

Sancti Thomæ apostoli.

Natiuitatis Domini & saluatoris Iesu Christi.

S Stephani Protomartyris.

S. Ioannis apostoli & euangel.

Sanctorum Innocentium.

*Nunc sequuntur Mobilia.*

Festum Paschæ, cum duobus diebus sequentibus.

Festum ascensionis Domini.

Festum Pétecostes, cum duobus diebus sequentibus.

Festum corporis Christi.

Festum sanctissimæ Trinitatis.

Dominica post octauas Pentecostes.

Denique vult ut in singulis ecclësias festum Patroni, ut par est, celebretur.

Dato igitur super hac nobis speciali mandato, eiusmodi dies per Ciuitatem & diœcsem Colonensem, ut memoratum est, solemniter & concorditer celebrandos esse, vobis significamus.

Qui & hoc auctoritate prefati Reuerendissimi domini nostri à vobis poscimus, vt cum è suggesto festa ista populo de nunciantur celebranda, simul & hoc addatur, vt populus sacram concessionem, qua in eiusmodi festis haberet, conueniat, sacra Missa interfit, & totum diem i Dei laudibus ex pendat, memor illius, Vacate & videte quoniā ego sum deus, qui est gloriolus in operibus & mirabilis in sanctis suis.

Est quoque quiddam in Decretis provincialibus constitutum, de Vicariis ecclesiarum in Ciuitate & diœcesi Colonensi, vt ad sua reuocentur officia, & deo præbeantur quæ debent in ecclesiis, ad quas (hoc vicariorū nomine) ascripti sunt, famulatum: Quod quo maiori auctoritate roborevit, mandauit Reuerendissimus dominus noster, præter constitutiones Prædecessorum celistudinis suæ Reuerendissima, super hac re expressæ, disponentes; quas & auctoritate huius synodi innouatas esse vult, publicari Bullam apostolicam, impetratam olim per quondam fœlicis recordationis, D. Hermannum ab Hæfia, sanctæ Colonensis Ecclesiæ Archiepiscopum, suum prædecessorem, omni laude dignissimum, ad coëcendam suorum clericorum irreligiositatem, & inexcusabilem negligentiam, quam in præstandis officiis suis ecclæsticis committunt: quare & hanc Bullam recitari & publicari iubemus.

## ET RECITATA ET PVBLI- cata est tenoris subsequentis.

**N**ON CENTIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Ex apostolico seruitutis officio, meritis quanquam insufficien- tibus, diuina nobis dispositione commisso, ad ea libenter intendimus, per quæ i singulis Ecclesiis, diuinus cultus floreat, & continuum incrementum suscipiat, ac illa quæ propterea statuta & ordinata fuisse dicuntur, firma & inconcussa permaneant, libenter, cum à nobis petitur,

Apostolico

Apostolico munimine roboramus, optimas p[ro]uisiones super his adhibendo, prout in Domino cognoscimus salubriter expedire. Sanè pro parte venerabilis fratris nostri, Hermanni Archiepiscopi Colonensis, nuper nobis exhibita petitio cōtinebat, Quod licet in statutis & consuetudinibus Ecclesiæ Colonensis, canonice editis, inter alia continetur expressè, Quod nullus i diuersis Ecclesiis, in quibus beneficia obtinet, vno die distributiones percipiat, nisi in aliqua dictarum Ecclesiæ sit Prælatus, seu alias hoc ei competat ex priuilegio, vel iure alio speciali: ne dum ad plures eodem tempore festinat Ecclesiæ, nulli earum debitum famulatum ipendet: ipsiusque statutum, quantum ad Canonicos diuersarum Ecclesiæ fuerit haec tenus obseruatum, & de præsenti obserueretur tamè personas diuersas, Vicarias, altaria, aut alia beneficia ecclæsticæ, i diuersis Ecclesiis, seu Canonicas & Præbendas i vna, ac Vicarias, altaria seu alia beneficia Ecclæsticæ in aliis Ecclesiis obtinentes, i obseruantia non existit, pro eo forsan, quod nonnullæ ex eisdem personis, ab aliquibus Apostolica sedis nunciis, cum potestate legari de latere ad illas partes destinatis, se super hoc induitæ, seu disp[er]ationes dicuntur, impetrasse. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, dicti statuti non obseruantia sit occasio diminutionis diuini cultus, tam in maiori quam i aliis Ecclesiæ ciuitatis & diœcesis Colonensis, pro parte præfati Hermanni Archiepiscopi nobis fuit humiliter supplicatum, vt statutum prædictum approbare & confirmare, ac perpetuo obseruari mandare, aliaque in præmissis opportune prouidere de benignitate apostolica dignarentur. Nos igitur attenentes, quod, quoad personas talia beneficia etiam mixtim obtinentes, ita concludit ratio statuti, sicut in his qui diuersas obtainent Canonicatus & præbendas, quodque statutum ipsum id si in te loquitur, absurdum quoque videtur, quod illi tanquam inferiores, aliis magis qualificatis: & pro statu suo sustentando, amplioribus stipendiis indigentibus, potiori debeat prærogativa gaudere, huiusmodi supplicationibus inclinati, Statutum prædictum, quod etiam, vt afferitur in synodo Colonensi publicatum, & per dictum archiepiscopum inouatum extitit, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus & confirmamus, ac perpetua firmitatis robur obtainere, nec non per omnes & singulas personas etiam inferiora be-

neficia , seu talia mixtum cum Canonicatibus & Præbendis in ciuitate & diœcesi prædictis obtinentes, sub excommunicatione pœna inuiolabiliter obseruari debere. Et nihilominus Venerabili fratri Archiepiscopo Treverensi , & dilectus filius sancti Martini & sancti Panthaleonis. Colonien. Monasteriorum Abbatibus, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo aut vnu s eorum, per se vel alium seu alios faciant authoritate nostra, statutum prædictum per omnes & singulas personas prædictas inuiolabiliter obseruari: contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposta cōpescendo. Non obstantib⁹ quibuscumque concessionibus & idoltis, seu dispensationibus à quibuscumque legatis, seu oonciis dictæ sedis eisdem personis haec tenus concessis, & in posterum concedendis, quas ipsis contra statutum huiusmodi in aliquo suffragari nolumus, contrariis quibuscumque: Aut si aliquibus communiper vel diuisim ab eadem sit Sede indulatum, quod interdici, suspendi, vel excōmunicari non possit per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de idulso huiusmodi mictione. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, constitutionis & mandati infringere, vel ei ausu temerario cōtradicere. Si quis autē hoc catetare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se nouerit ictus furum Datum Romæ apud sanctum Petrum , Anno incarnationis dominice, Millefimo quadrigenesimo, nonagesimo primo, tertio Calendas Septembrib⁹, Pontificatus nostri anno septimo.

Post hæc antiquos Canones, & Reuerendissimi Domini nostri prædecessorum constitutiones, De clericis Peregrinis non admittendis ad sacra ministeria, nisi literis formatis & dimissoriis autentici exhibitis & productis in hac Synodo, vigore Mandati nobis facti, innouamus , ac deinceps firmiter obseruari, ipsis Reuerendissimi autoritate præcipimus.

Vult quoque Reuerendiss. Dominus noster, baptizatos ab hæreticis, vel schismatis, per manuum Episcopalis impoſitionem, & chrisma, secundum antiquos Canones, Ecclesia Catholicae reconciliari debere: quod respentes, iubet à communione Catholicorum penitus secludi.

Verat quoque ne Monachi laicos sine suorum curatorum, neve quis alienum parochianum, sine sui parochi consensu,

scienter

scienter communicet, sub pœnis canonum ipso facto incurren. demandans, vt canon omnis vtriusque sexus de pœnitentiis & remissionibus, ad minimum obseruetur: cum aliqui olim non haberetur vere Christianus , qui ad minimum non communicasset ter in anno : in Paschate, in Pentecoste, & in Natali domini.

Vult sèp̄ ac frequenter admoneri populum de suggestis, vt se à deambulationibus in templo Domini, præsertim dum sacra fiunt, & diuina officia celebrantur, penitus abstineant, vtque pueros suos & canes quos à clamoribus, strepitu & latrato continere non valent, in domibus suis relinquant, metores quod scriptum est loquente Deo: Quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus.

Vult vt populus suæ dicēcessis, rectoribus Ecclesiarum parochialium, qui ipsis ministrant, spiritualia, temporalia reddere(ne fame laborent) non grauentur, & ob id oblationes, qua olim à fidelibus & piis hominibus, ad quotidiana sacrificia religiosè & liberaliter offerebantur, ad minimum ī qua tuor principalibus festis, valore ad minimum trium obolorum, libenter & vltro ad altare domini deferebates, perfolvat, aliisque iura parochialia, secundum morem ab Ecclesia Catholica olim receptum, dependant: memores eius, quod scriptum est, Qui bene presunt presbyteri, dupli honore digni habentur, maximè qui laborant in verbo & doctrina, dicit enim scriptura: Non alligabis os boui trituranter, & dignus est operarius mercede sua.

Aduersus sacerdotes publicos fornicarios, & aliorum criminū manifestè reos, per fiscales suos districtè procedi vult, præsertim aduersus relapsos post mandati ī sua Synodo dicēcessana anno præterito. 48.2. Octo. celebrata , contra conubinarios ipsis publicati tenorem.

Quibus etiam fiscalibus suis hoc vult seriò iniunctum, vt quæcumque in memorata Dicecessana, deinde quæ in Prouinciali, denique quæ in hac Synodo , secundum Deum & salubriter constituta sunt, & in primis Reformationem Augustinam ad vnguem teneant, & aduersus eorundem prævaricatores (quos etiam non delatos, ex officio inquirere teneantur) sine mora & præter omnem conniuentiam serio procedant, sub Celstudinis suæ Reuerendiss. grauis indignatio- nis, & à suorum officiorum amotionis pœnis, si segnes inue-

niantur incurrentis.

Quæ omnia nos praefati Reuerendissimi domini nostri commissarij ad presidentum in hac sacra Synodo Diocesana Celsitudinis suæ Reuerendissimi nomine cum plenaria potestate ordinati, vobis omnibus & singulis ex speciali mandato eius significamus, in dubitata spe freti, quod hec omnia, quæ pripansancta, religiosa, bonis omnibus amabilia, & amplectenda, videtis, nobiscum debitæ executioni, secundum Reuerendiss domini nostri voluntatem & mandatum exequi diligenter sudebitis. In quorum fidem præsens scriptum sigilli Curie Coloniensis, quo in præsentibus viutur, imprecisione communici fecimus. Datum in Synodo Diocesana Coloniensis Agrippinae, die secunda Octob. Anno domini millesimo, quingentesimo, quadragesimo nono.

Verbum & admissum per Petrum Curtius, Plebanum diu*n* Petri Louaniensis, die 28. Octobris. Anno Domini. 1549.

Petrus Curtius.

# CANONES CONCILII PROVINCIALIS COLONIENSIS ANNO CELEBRATI M. D. XXXVI.

Quibus nuperrimè hec addita sunt:

REFORMATIO Cleri ad correctionem vitæ & morum, ac ad remouendos abusus.

Per Reuerendissimi in Christo patrem & dominum D. Laurentium, tunc S.R. Ecclesie TT. sancte Anastasia presbyterum, nunc Sabinensem episcopum, Cardinalem, Ad nationem Germanicam sedis Apostolice de latere Legum Ratificatione edita.

STATUTA Synodalia Reuerendissimi in CHRISTO patre D. Valentino, Episcopi Hildesheimensis.

FORMULA viuendi Canonicorum, Vicariorum, & aliorum presbyterorum secularium.

DECRETA CONCILII PROVINCIALIS COLONIENSIS Sub Reuerendissimi in Christo Patre & domino, D. Adolpho, Sancte Colonensis Ecclesie Archiepiscopo, Sacri Romani Imperij per Itiam Archicancellario, Principe Electore, Vrestphalia & Angaria Duce, Legatoque nato celebrati. Anno D. Millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

PARISIIS,  
Venalis est apud Ioannem Maceum, e regione  
Diui Hilarij, sub scuto Britannico.

1554.